



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

Pars Prior, Institutviones Geographicae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147



PARALLELA

GEOGRAPHIÆ

VETERIS ET NOVÆ.

PARS PRIOR
TOMI PRIMI.

INSTITUTIONES
GEOGRAPHICÆ.



GEOGRAPHIA habet aliquid à se, aliquid ab aliis scientiis emendicat, sed potissimum ex Astrologiâ, Geometriâ, & Opticâ. Nam sæpe in eâ agitur de locorum situ, & illorum habitudine ad cælum, sæpe de distantia, & intercapedine vrbium, sæpe oculis subiici debet regionum imago atque repræsentatio, vt impressa sensibus firmius adhærescat. Quapropter hac parte agemus primò de Natura seu causis Geographiæ; deinde de eiusdem elementis ex Astrolo-

gia seu sphaerâ petitis: tum de principiis sumptis ex Geometriâ: postea aliquid ex Opticâ libabimus ad tabulas Geographicas concinnandas: quibus expeditis aggrediemur primam orbis partitionem; & quia maria terris implicantur, & illa sunt Geographicæ considerationis, agemus breuiter de Maribus, non vt solent recentiores Hydrographi, sed quantum ad rem nostram satis erit.

LIBER PRIMVS.

De natura seu de causis Geographia.

VÆREMVS hoc in libro primùm quid sit Geographia: deinde quale eius subiectum seu materies: Tertio quinam hanc scientiam excoluerint: denique quem in finem dirigatur: ita causas eius Formalem, Materialem, Efficientem, Finalem attingemus.

CAPVT PRIMVM.

De causa formali, seu definitione Geographia.

GEOGRAPHIA sic describitur à principe Geographorum Ptolemæo lib. I. Enarrationis Geogr. cap. I. Μίμνσις ἔστι ἀσχεφῆς τῆ κατελιημμένης τῆς γῆς μέρος ὅλας, μετὰ τῶν ὡς ὀπίσταν συνημμένων. Est imitatio picturæ exhibentis partem illam omnem terra quæ detecta est, cum iis quæ ad generalem eius notitiam spectant. Quibus in verbis tria sunt excutienda.

Primo, Geographiam vocari *imitationem picturæ*: quoniam rudes duntaxat, & informes exigit delineationes, atque vt postmodum loquitur Ἰλὰ γράμματα, καὶ ὁμοειδημασίαις, inanes notas, figurâsque parum accuratas. Quare Strabo 2. Geog. postulat tabulam Geographicam χῆμα τῆς γῆς ἀπλῆστατα συμπλαθῆναι, *simplicissimè terre figuram exhibentem*. Vtrum autem Ichnographiam

flagitet, quidam dubitarunt, asseruit Maginus, eâ ductus ratione: quòd si Chorographia Sciographiam exigit, quæ Ichnographiam umbris attollit, & deprimit, non videatur Ichnographia deneganda Geographiæ. Sed hîc turpiter vir alioquin magnus hallucinatus est. Ichnographia enim pars picturæ vera est, quam postmodum Ptolemæus ab arte suâ penitus explodit.

Secundò additur: *partem illam terræ quæ detecta est.* Notat enim Strabo suprà laudatus Geographiam tantùm ζητῶν τὰ γνώσιμα τῆς οἰκουμένης, τὰ δὲ ἄγνωστα εἶναι, καὶ ἀπερὶ καὶ τὰ ἔξω αὐτῆς. *Inuestigare terræ partes detectas, incognitas spernere, quasi ad se minùs pertinentes.* Quale illud porò fuerit, & apud veteres, & apud recentiores toto hoc opere videbitur.

Tertiò adiungitur: *Cum iis quæ ad generalem eius notitiam attinent:* quæ verba paulò post idem auctor explicat, cùm ait Geographum *versari circa descriptiones πόλεων μεγάλων magnarum urbium; ἐθνῶν καὶ ποταμῶν ἀξιολογώτερον nationum, & fluminum illustriorum: καὶ τῶν κατὰ ἕκαστον εἰδῶς ὑποσημοτέρων, quæ secundùm speciem uniuscuiusque sunt insigniora:* quibus extremis verbis completur *montes, lacus, sylvas, fluviorum capita, & diuertigia, provinciarum limites, quæ diligentius ipse in suis tabulis annotavit.*

CAPVT II.

De causa materiali Geographiæ.

EODEM capite primo Ptolemæus discrimen inuestigans inter Geographum, & Chorographum, ait illum versari *περὶ ποσόν, circa quantum, hunc autem περὶ τὸ ποιὸν μάλλον, ἢ ποσόν, circa quale potius, quàm quantum.* Quod explicat postmodum, dum asserit Geographum attendere ad proportionem interuallorum, in quibus sita est ratio quantitatis: Chorographum verò curare *ὁμοιότητά similitudinem vsque ad μικρομερέτερα τῶν ἰδιωμάτων, minutissima quæque propriorum locorum:* quare Chorographum omnem vult esse pictorem. Cùm ergo ratio similitudinis, & figuræ ad qualitatem pertineat, conficitur versari Chorographum circa τὸ ποιόν.

DIFFICULTAS tamen moueri potest, utrùm Chorographus etiam per se non respiciat quantitatem, sic vt primò qualitatem spectet: si quidem verba Ptolemæi primo aspectu id videntur in-

nuere. Respondeo nequaquam, sed quantitatem Chorographo esse tantum *ἡ συμβεβηκός*. Quare postea idem auctor negat Chorographum *δεῖν μεθόδου μαθηματικῆς* indigere arte Mathematica, quam profectò exigeret, si per se quantitatem spectaret.

QVÆRES iterum, quare Geographiam à Topographiâ non distinguat Ptolemæus, siquidem id perfecta facultatis huiusce notio exigebat. Respondeo *primò*, Chorographiam, & Topographiam distingui tantum inter se, quòd hæc vnicum locum, illa suscipiat multa describenda accurate: vnde supra Ptolemæus à Chorographo exegit *μικρομερίων τῶν ἰδιωμάτων* minutissima quæque priorum locorum; at multitudo, aut vnitas non efficiunt inter illas facultates diuersitatem. Respondeo *secundò* nonnullos credere Topographiam rem verbis, Chorographiam lineis, & picturâ describere, quod non est absimile vero.

QVÆRES tertio cur Geographiam ab Hydrographiâ non se iunxerit? Respondeo cum ex aquâ, & terrâ vnicus conficiatur globus, vtramque vnus, & eiusdem considerationis esse. Et verò recentiorum opera sunt Tabulæ illæ Hydrographicæ, in quibus Magnetis declinationes, nauigationum ductus, & quasi semitæ, ventorumque vicissitudines annotantur. Maximè cum veteres Argonautæ vix se alto committerent, sed vt plurimum littora raderent.

De Topothesiâ, quâ effinguntur aliquando locorum descriptiones, vt Carthaginis primo Æneidos, noluit agere Ptolemæus, quòd ea tantum poëtarum sit; nos saltem vocis notionem attingere debuimus.

CAPVT III.

De causa efficiente Geographiæ, seu de Geographis.

CVM totus orbis *ἢ τε ἀθρόως, ἢ τε κατὰ μέρος* *ἔκ τῶν αὐτῶν*, neque vniuersim, neque singulatim ab iisdem illustrari potuerit, inquit Ptolemæus, multi in vnum conferre debuerunt imagines mente conceptas, vnde Geographia conflata est. Sed qui primum huius scientiæ fundamenta iecerint, non est facile statuere, maximè cum multorum Geographorum scripta cum nominibus auctorum interierint, Nominantur à Strabone Eratosthenes, Theo-

Theopompus, Timæus, Hecatæus, Xenophon Lampfacenus, Onesicritus, Megasthenes, Eudoxus, Hipparchus, Posidonius Pytheas Massiliensis, & aliquot alij, quorum vix aliquid præter nomen superest. Nos itaque prætermisissis iis quorum excidère scripta, illos duntaxat appellabimus quorum opera teruntur omnium manibus: item & quorum τὰ σωζόμενα, sub initium huius sæculi vulgavit David Hæschelius ex manuscriptis codicibus inter se magnâ diligentia collatis. Ex recentioribus autem eos tantum proponam, qui de totâ Geographiâ scripsere. Quis enim hîc recenseret omnium nomina, qui de singulis regionibus aliquid ediderunt?

§. I. De antiquis Geographis.

N I H I L hîc de H O M E R O, cuius præconem habemus Strabonem passim in Geographiâ suâ, & quem ars nostra, vt pleræque aliâ, parentem nominare debet: igitur primus occurrit & ἀρχαῖοτατος

SCYLAX Caryandensis ex vrbe Cariæ, qui vixit tempore Darij Nothi, & Periplum scripsit interni maris, quem latinitate donavit & illustravit notis Ioannes Vossius doctissimi parentis doctissimus filius. Errant autem qui eum confundunt cum eo cuius meminit Herodotus in Melpomene sub Dario Histaspidâ: quandoquidem noster meminit Amphipoleos, quæ annis circiter quadraginta ab huius Darij morte sic dicta est, cum antea nouem viæ nominaretur.

D I C Æ A R C H V S Siculo Mamertinus emisit ἀναγεφθῆν quam inscripsit Βίον τῆς Ἑλλάδος cuius meminit Suidas, & ait discipulum fuisse Aristotelis, ideóque σύγγεγονος Alexandro existimatur.

I S I D O R V S Characenus ex Characæ Parthorum vrbe, æqualis fuit Alexandri magni temporum, aut saltem Ptolemæi Lagidæ: eius supersunt τὰ βιβλία Παρθίων.

SCYMNVS Chius Πελονησιον iambico carmine scripsit, quam Latino carmine maiori labore, quam gloriâ expressit Federicus Morellus. Ad hoc vsque tempus prodierat sub nomine Marciani Heracleotæ, sed auctori suo restituta est. Nuncupata est Nicomedi Bithyniæ regi Olymp. 150. vt ex eius initio colligitur.

A R T E M I D O R V S Ephesus emisit Geographiæ libros vnde

cim circa Olymp. 169. quorum superest tantum fragmentum.

STRABO Cappadox ex vrbe Amasiâ Tiberio Imperatore scribere desiit, & ante annum eius duodecimum. Malè vocatur à quibusdam Strato.

POMPONIUS MEIA, ex vrbe Mellariâ in Bæticâ ad tempora Claudij Imperatoris videtur pertinere, nullo modo Iulij Dictatoris.

PLINIUS SECUNDVS totis libris 3. 4. 5. 6. historix suæ naturalis Geographiam vniuersam complexus est. Opus suum Vespasiano Imp. consecrauit.

ARRIANVS duos reliquit periplos Ponti Euxini, & Erythræi maris, quos illustrârunt Ramusius & Stuchius. Vixit sub Traiano.

PTOLEMÆVS idem ille, qui Almagestum scripsit. Nam in eo pollicitus erat Geographicam descriptionem ex variis obseruationibus. *Θεογραφος* sæpe dicitur à Marciano Heracleotâ, & sub Antonino Pio floruit.

DIONYSIVS Afer, seu Alexandrinus opus suum vulgavit, cum duo Romæ imperarent, forte Antoninus & Gera.

MARCIANVS HERACLEOTES ex Artemidoro Ephesio Periplum exterioris maris concinnauit: magnus Ptolemæi admirator, quem sæpe laudat. Citatur & à Stephano, quare inter Ptolemæi, & Stephani ætatem debet interici.

ÆTHICVS ISTER contexuit duplicem orbis descriptionem post Constantinum, quarum altera apud Orosium tota, & ad verbum legitur.

ANTONINI AVGVSTI ITINERARIVM post Constantinum videtur editum, meminit enim Constantinopoleos: aut certè subindemuratum est nouis vrbibus insertis. Tribuitur Antonino Imperatori, vel Antonio Augusto Geoponicorum scriptori, vel Æthico, vel Orosio.

VETVS ORBIS DESCRIPTIO conceditur Alipio cuidam Antiocheno; scripta est sub Constantio, & Constante Latinè tantum: quæ enim nuper prodiit Græcè, hæretici malam fidem, & inscitiam loquitur.

NOTITIA IMPERII edita est intra annum Christi 400. & 453. vt rectè demonstrat Pancirolus. Tribuitur à quibusdam Æthico, ab aliis ineptissimè Mariano Scoto.

STEPHANVS *de Urbibus*, cuius habemus tantum epitomen ductam per Hermolaum quemdam Ludimagistrum sub Anastasio. Stephanus autem vixit post Ptolemæum, quem sæpe laudat.

EVSTATHIVS Archiepiscopus Thessalonicensis enarrauit Dionysium Afrum doctissimè, posteaquam Homerum pari doctrinâ exposuisset, sub Andronico Imp. anno Christi 1183.

§. 2. *De Recentioribus Geographis.*

SEBASTIANVS MÜNSTERVS opus suum in quo plus historix, quàm Geographix legitur, dicauit Carolo V. Imper. anno 1550. excusum Basileæ, in quam se receperat abiecto cucullo Lutheranus.

ABRAHAMVS ORTELIVS Antuerpiensis Philippi II. Hispaniarum Regis Geographus, compegit Theatrum, Parergon, & Thesaurum, vir magni otij, & laboris.

GERARDVS MERCATOR præstantissimus æui sui Geographus Rupelmondanus, olim Carolo V. Imp. percarus, opus suum sub Atlantis nomine vulgavit, qui postea *Atlas Maior* dictus est, cum eius tabulæ in minorem arcam contractæ essent. Eum auctiorem ætate nostrâ reddidere Ioannes Ianssonius, & Ioannes Blæu æmulimagno rei Geographix commodo.

IOANNES MAGINVS Mathematicus Bononiensis totam emisit Geographiam, vel potius sibi è manibus rapi passus est impolitam anno 1599. quæ subinde recusa multos natos contraxit.

IOANNES BOTERVS Pedemontanus Benensis Carolo Emanuele Duci Sabaudix carissimus, cuius liberos erudiuit. Opus suum Italico idiomate *Relationem vniuersalem* inscripsit in quatuor partes distributam, quod sæpe recusum magno in precio est apud Europæos. Additæ sunt scriptis minutæ tabulæ, sed accuratæ parum.

PHILIPPVS CLVVERIVS peritissimus omnium Geographorum, eruditorum omnium iudicio, introductionem ad Geographiam veterem, & nouam amicis suis, & familiaribus scripserat, quam emisit in lucem Iosephus Voëstius. Hæc introductio omnium gentium est commissa prælis, & omnibus penè linguis loquitur, sed multis est aspersa mendis. Eam purgatorem edidit P. Philippus Labbe Soc. IESV. vir multæ eruditionis, cui & Galliam

magis accuratam inferuit. Ab eodem Philippo Labbe tabulæ aliquot methodicæ de vniuersâ Geographiâ prodierunt, aliquoties iam recusæ intra paucos menses.

IOANNES BERTIVS Batauus ætate nostra Regis Christianissimi Geographus, recētiorem Geographiam ex minutis tabulis, iisque inquinatissimis concinnauit. Dedit & Breviarium de eadem, sed absque tabulis: Item feliciori conatu veterem, cum tabulis, in quam tamen multos errores irrepsisse ipse conqueritur.

IOANNES HERIGONVS Gallus in Mathematicam institutionem intrusit tractatum Geographicum vendibilem.

PETRVS DAVITY nobilis Gallus opus ante aliquot annos vulgarat de Rebus publicis, & Imperiis *des Etats & Empires*, quod postmodum in quinque corpora extendit. Multa habet exquisita ex recentioribus relationibus, nauigationibus, hodieporiis, & huic Geographia recentior plurimum debet.

HVGO SEMPILIVS Iesuita Scotus in academia Madritensi professor compendium Geographicum suæ mathesi illigauit.

ABRAHAMVS GOLNITZ Danus de Geographia minutum opus emisit, cui vt faciat fidem, magnam Europæ partem se lustrasse ait. Indicem attexuit operi suo per commodum.

NICOLAVS SANSON Abbauillaus Geographus Regius, edidit tabulas methodicas cultissimas, itémque mappas plures Geographicas, quæ omnibus aliis meritò anteponuntur. Is omnium Geographorum ætatis nostræ facilè princeps audit, ipso etiam Batauorum iudicio, quibus palmam, & laudem in hac arte prætipuit.

CAPVT IV.

De causa finali Geographiæ.

IDEM est Geographiæ qui omnium scientiarum, & potissimum Philosophiæ, finis, videlicet animus expolire. Scripsit enim sub initium libri primi Strabo Geographiam τῆς τῆ φιλοσοφίας πραγματείας ἕνεκα, *philosophi negotium esse: & πολυμαθείας* quæ in Geographicâ cognitione exigitur nominandam esse τὴν φιλοσοφικὴν ἐπιτημὴν. Huc quoque spectat, primos Philosophiæ parentes, magnos Geographos extitisse, Homerum scilicet, Anaximandrum Milesium, Hecatæum, Democritum, Eudoxum, &

alios, quorum catalogum ibidem texit Strabo.

Porro vsque ad eò homini instituendo necessaria videtur esse Geographia, vt eà non modò eruditus, sed etiam illiteratus carere non debeat. Dixit enim Hipparchus apud Strabonem Γεωγεφικὴν ἰσοείαν conuenire παντὶ ἢ ἰδιώτη, ἢ φιλομαθοῦσι, omni illiterato, & erudito. Videlicet si feræ regionis situm agnoscunt in quâ degunt, syluas quibus se occulunt, arua in quibus pascuntur, quis deterioris conditionis quàm belluam hominem dicat esse, licet indoctum?

Sed quidquid sit de illiterato, necessariam esse contendo Geographiam (vt reliquos taceam) Poëtæ, Philosopho, Historico, Politico.

De Poëta fatentur qui Virgilium, Ouidium, Silium, Statium, aliòsque Poëseos proceres leuiter attigerunt. Certè (vt de aliis dissimulem) cùm Virgilij magnus interpres Seruius, ab hac imparatus ad eum enarrandum accessisset, tantas tenebras ab hac parte illi offudit, vt eas nondum Critici multis laboribus dissiparint. Hipparchus apud Strabonem ἀρχηγὴν τῆς Γεωγεφικῆς ἐμπειρίας Homerum nuncupat, & eius doctissimus interpres Eustathius illustrauit Dionysij ἀειμήτην. Ea ratio impulit patrum nostrorum memoriâ Lambertum Danegum Anglum ex poëtis omnibus Geographiam poëticam concinnare, quo successu iudicent eruditi.

De Philosopho iam satis multa superiùs commemorata sunt.

Neque Historicum minùs decet, quem sine Geographiâ cæcutire necesse est, cùm ipsa Historiæ dicatur oculus. Quapropter & Historicus sæpe vendicat sibi Geographi, & Chorographi partes, dum regiones depingit, in quibus negotia maioris momenti confecta sunt. Inde etiam Geographia non semel à Strabone ἰσοεία Γεωγεφικὴ nominatur, & vir tantus fatetur se paratiorem accessisse ad scribendam historiam, quòd Geographiam apprimè caleret.

Politicus superest inter eruditos maximus, siquidem huic incumbit homines regere, & regibus assidere: at Politicus sine Geographiâ nullus est. Primò, quia, inquit Strabo, Γεωγεφικὴ πάσης ἐστὶ τὰς πράξεις ἀνάγεται τὰς ἡγεμονίας. Geographia ad omnes principum actiones adhibetur: quia scilicet princeps ex vno loco multas vrbes, atque prouincias plerumque regit. Secundo, quoniam consilio bella gerere Politicus debet, at quàm grauius in bello

peccetur ex imperitiâ locorum multis exemplis idem Strabo probat. Ideoque Imperatores maximi hanc scientiam plurimi fecerunt. Habuit Alexander Macedo itinerum suorum dimensores. Quam *ἀξιπῶς* Galliæ situm nobis reliquit Cæsar in Commentariis? Quam Geographiæ cupidus Hadrianus Imperator? Quam eius deamans Germanicus, qui per se magnam Imperij Romani partem lustrare voluerunt. Augustus verò Cæsar cum id per valetudinem minus posset, per mensores suos id exsequi conatus est: unde aliqui profuxisse credunt Itinerarium, quod Augusti nomine circumfertur.

Ex iis cum constet Geographiam artes omnium præstantissimas excolere, conficitur eius finem nobilissimum esse, utpote quæ tota viris illustribus perficiendis adhibeatur. Ne tamen nimium sibi arroget, videamus libris sequentibus quid ab aliis scientiis mutuetur.

LIBER SECVNDVS.

De elementis Geographiæ ex sphaera armillari petitis.

CAPVT PRIMVM.

Primæ notiones sphaeræ.



P R I M A. *Sphaera* est corpus solidum vnâ superficie circulari coronatum, cuius mediam partem habes in figurâ A.

S E C V N D A. *Axis* sphaeræ est diameter seu linea centrum orbis peruadens, circa quam voluitur idem orbis, cuius extrema dicuntur *poli*. Itaque omnis *Axis* est diameter, non vice versâ. Diametrum vides in D. E., Axem verò & Polos in B. C.

T E R T I A. *Orbis* est corpus solidum concuavâ, & conuexâ superficie circumclusum. Aspice figuram A.

Q V A R T A. *circulus sphaeræ* est linea cuius circumferentia in parte conuexâ sphaeræ describitur. Hunc vides in F. G.

QVINTA. *circulus Sphære maior est qui Sphære partem conue-*
xam in duas partes æquales fecat, vt N. I. Minor autem, qui eam
in portiones inæquales diuidit: vt L. M. &c.

SEXTA. *omnis circulus siue maior siue minor, olim in sexagin-*
ta partes secabatur, nunc in trecentas sexaginta, quas Geographi
vocant Gradus, & has iterum in sexaginta, quas Minuta, aut Scrupulos nominant.

CAPVT II.

De Polis.

POLVS dicitur à Græco *πολις* *verto*, quod circa illum cæle-

stis machina circumuoluatur; appellatur quoque *vertex*, & duplex assignatur *Arcticus* & *Antarcticus*.
 ARCTICVS nomen accepit ab Arcto seu Ursâ vicino fidere, cuius stella borealis iam dissidet tantùm à Polo 2. gradibus cum 30. minutis vt vulgò creditur, seu 40. vt periti malunt. Olim totis gradibus duodecim cum minutis 24. ab eodem Polo disiunctus erat. Dicitur aliter *Borealis*, & *semper apparens*.

ANTARCTICVS sic appellatur, vel quia est *oppositus*, vel quia est *æqualis* Arctico: utrumque enim significat particula *ἀντι*. Vocatur aliter *Notius*, *Australis*, & *semper latens*, videlicet respectu eorum, qui ab Æquatore versùs Arcticum declinant.

§. 3. De circulis Sphæra.

Circulorum in Sphærà alij maiores sunt, alij minores.


Maiores circuli sex.

COLVRVS dicitur à *κόλως* *mutilo*, quia pars versus Antarcticum nobis mutilata videtur, & latet. Hic porro duplex.

SOLSTITIORVM, secans Cancrum, & Capricornum, in quibus signis Sol videtur stare, diebus ad sensum neque crescentibus, neque decrescen-
 tibus.

ÆQUINOCTIORVM *Colurus* stringit Libram & Arietem, in quibus signis contingunt æquinoctia.

SPHÆRA ARMILLARIS.



HORIZON à voce ὄρος *terminus*, à Latinis *Finitor*, & à veteribus *Oceanus*, diuiditur in Rationalem & Sensibilem.

Rationalis, seu *Naturalis*, & *Artificialis* Mundum in duas partes æquales secat, & duobus modis diuiditur: *Respectu terre*, in *Rectum* cuius vertex dictus *Zenith* secat *Æquatorem* ad perpendicularum, & *Obliquum* cuius vertex demissus facit angulos inæquales: *Respectu autem celi* in *Planum* qui ex humili loco videtur, & *Turbinatum* qui ab excelfo.

Sensibilis autem circumscribitur visione nostrâ: qui ex loco plano, in obiectum item in plano constitutum, vt in mari & patienti æquore, non ultra 2840. passus Geometricos portigitur.

ZODIACVS, seu *Orbis signifer*, est Circulus obliquus *Æquatorem* secans, in quo planetæ suas periodos decurrunt. Nomen accepit à voce ζῳδιον *animal*, quia pleraque signorum, animalia sunt: vel à ζῳή *vita*, quia ex eo vita animantium pendet. In *Zodiaco* autem considerantur longitudo, & latitudo.

Latitudo olim ad 12. gradus extendebatur, nunc verò ad sexdecim, quoniam ab utrâque æquatoris parte, 8. gradibus Planetæ quidam aberrant.

Longitudinem autem *Zodiaci* constituit *ECLIPTICA*, quæ est linea *Zodiaci* media, in qua fiunt *Eclipses Solis & Lunæ*, diuisa in duodecim signa, quorum singula in 30. gradus iterum diuiduntur, signa autem cum characteribus suis sic exprimuntur:

♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ ♎
 Aries: Taurus: Gemini: Cancer: Leo: Virgo: Libra:
 ♏ ♐ ♑ ♒ ♓
 Scorpius: Arcitenens: Caper: Amphora: Pisces.
 Sagittarius: Capricornus: Aquarius:

ÆQUATOR, seu *Æquinoctialis*, & *Æquidialis* est linea quam cum Sol decurrit, vbique gentium noctes æquantur diebus, præterquam sub polo.

MERIDIANVS, seu *linea medij celi*: est linea cui suppositi populi simul habent meridiem, modò Sol illis affulgeat. Vbi tamen obseruabis Meridianum duobus modis sumi, 1º pro gradu longitudinis, & tum Meridianus simpliciter dicitur: 2º pro circulo totum orbem ambiente, & tum *Meridianus Maior* appellatur, & defini potest linea cui suppositi populi simul habent meridiem aut mediam noctem.

Minores circuli quatuor.

POLARES circuli duo sunt, totidémque Tropici Sphæram inæqualiter diuidentes. Et *Polares* dicuntur à Polis à quibus distant 23. Gradibus cum dimidio: *Tropici* autem à *τέτρον* *verto*, quòd ab illis Sol cursum suum reflectat, 23. quoque Gradibus cum dimidio ab Æquatore disiuncti.

POLARIS CIRCVLVS ARCTICVS olim diuersus erat pro varietate locorum: nam ab antiquis vulgò definitur *Maximus apparentium nobis circularum*: Nunc autem fixus est, & in tabulis omnibus 23. Gradibus cum dimidio à polo Arctico diffidet.

POLARIS CIRCVLVS ANTARCTICVS definiebatur ab antiquis *Maximus non apparentium circularum*, ac proinde secundùm loca varia, varius erat: nunc autem 23. Gradibus cum $\frac{1}{2}$ à polo Antartico separatur.

TROPICVS CANCRI est circulus maximè Borealis, quem Sol suâ conuersione 24. horarum describit.

TROPICVS CAPRICORNI est circulus maximè Australis, quem Sol suo circuitu notat.

§. 4. *De populorum situ.*

CONSIDERATVR ille situs penes Zonas, Vmbras, Habitationem, & Dextram, vel Sinistram.

NVM. I. *Situs populorum secundùm Zonas.*

De Zonis tres falsæ opinioniones veterum extiterunt, vna vera.

LVCRETIVS enim tantùm duas admittebat.

POLYBIVS & POSSIDONIVS sex: quoniam duas Torridas numerabant.

MARTIANVS CAPELLA decem: quoniam quinque vulgò receptas bifariam diuidebat.

VERA OPINIO admittit quinque Zonas, duas frigidas, totidem temperatas, & Torridam vnâ.

FRIGIDA BOREALIS Saturno sacra circulo polari Arctico includitur.

FRIGIDA AVSTRALIS Mercurio addita, polari Antarctico coërcetur.

TEMPERATA BOREALIS Veneri consecrata, inter polarem Arcticum, & Tropicum Cancrī iacet.

TEMPERATA AVSTRALIS Ioui dicata Antarctico polari, & Capricorni Tropico continetur.

TORRIDA Martis propria, duobus Tropicis Cancrī & Capricorni includitur.

NVM. 2. *Situs populorum secundum Vmbas.*

AMPHICII qui habent vtrunque vmbas meridianas, hoc est versus Boream, & Austrum excurrentes diuersis anni temporibus: vt in zonâ Torridâ.

HETEROSCII, quorum vmbra meridiana vergit ad polorum alterutrum: nempe iis qui Temperatas incolunt.

PERISCII qui circa se vmbas rotari vident: vt qui in zonis Frigidis degunt.

ASCII qui carent vmbra meridiana quodam anni tempore; quales qui Torridam incolunt, aut Tropicis subiacent.

MACROSCII, & BRACHYSCII, qui habent vmbas meridianas modò longiores, modò breuiore: quod licet contingat incolis Temperatæ vtriusque, magis ad sensum tamen Torridæ conuenit.

ANTISCII qui habent oppositas vmbas meridianas, vt qui viuunt in oppositis Temperatis.

NVM. 3. *Populorum situs penes habitationem.*

PERIOECI sub eodem parallelo, & magno meridiano iacent.

ANTOECI sub oppositis parallelis siti sunt, & eodem meridiano: aliter ANTOMI quasi oppositis humeris; quoniam diuersos polos respiciunt.


ANTIPODES seu Antichthones qui viuunt sub eodem Magno Meridiano, vel sub Meridianis oppositis, itémque sub aduersis parallelis.

SYNOECI qui sub eodem parallelo degunt, aut etiam sub

HABITATIONES

SEPTENTRIO

DEXTRA Pictura. SINISTRA Sacerdotum.



OCCIDENS

DEXTRA Astrologorū. SINISTRA Geometrarum.

MERIDIES

DEXTRA Sacerdotū. SINISTRA Picturam.

codem meridiano ; quæ facilius picturâ quàm verbis expressa sunt.

NVM. 3. De situ populorum penes dextram partem, & sinistram.

NON eodem modo loquuntur scriptores omnes de læuâ, & dextrâ mundi parte : varietas autem loquendi his duobus versibus technicis expressa est,

Ad Boream terra ; sed celi mensor ad Austrum :


Præco Dei exortum videt : occasumque pœta.

GEOGRAPHVS Septentrionem respicit, & maximè ad polum attendit, ideóque Orientem *dextram* vocat, Occidentem *sinistram*.

ASTROLOGVS contra meridiem spectat & æquatores ad quem magis sensibiles conuersiones, ideóque Occidens est illi *dextra*, Oriens *sinistra*.

SACERDOTES & AUCVRES in Orientem conuertuntur. Illi ad surgentem conuersi lumina Solem. Ideóque meridiem ad *dextram*, Septentrionem habent ad *sinistram*.

POETÆ denique conuertuntur ad insulas fortunatas & in Occidentem, ideóque meridiem habent à læuâ, Septentrionem à *dextrâ*.



CAPVT III.

De Climatis.§. I. *Climata secundum antiquos.*

DIERV M augmentum quò magis ab Æquatore receditur, & acceditur ad polum primus omnium tradidisse videtur, Crate Grammatico teste apud Geminum cap. 5. elementorum Astronomiæ,

HOMERVS, hic enim Odyf. 10. loquens de Læstrigonibus docet, noctis, & diei vias hîc propè esse,

Ἐγὼς ἀρ νυχθόσε κ' ἡματός εἰσι κέλευθοι.

Propè enim noctis & diei sunt viæ.

Quibus verbis depingere videtur inclinationem Sphæræ, cuius meminit Pytheas Massiliensis in libris suis de Oceano, cum narrat Barbaros indicasse sibi vbi Sol occumberet his quidem duab⁹, illis verò tribus horis, quibusdam autem paruo interuallo statim exurgeret. Notauit idem Crates Homerum agnouisse Climata per menses lib. 15. Odyf. cum de Cymmeriis loquitur, quibus poëticâ licentiâ omnem adimit lucem, quæ tamen illis verè cum Sole post sex menses redditur. Id expressit ingeniosè Aratus cum dixit, *Ortus & occasus simul misceri.*

GEMINVS postea, qui vixit Syllæ temporibus, meminit Climatum distinctiùs, appellâtque Clima Rhodium 14. horarum cum ¹/₂; Romanum 15. & alia vsque ad 24. horas vbi Tropicus totus apparet: ac deinceps ait diem esse vnus mensis, duorum, &c. vide caput eius 5. vbi doctrinam Climatum expeditissimam leges.

STRABO eam quoque ex Hipparcho tradidit, & nouem Climata appellauit. Primum per Meroen horarum 13. Secundum per Syenem hor. 13. ¹/₂; Tertium per Alexandriam 14. 15. per Rhodium 14. ¹/₂; 5. per Romam 15. 6. per Pontum 15. ¹/₂; 7. per Borysthenem 16. 8. per Mæotidem 17. 9. denique quod tantum extremum appellat horarum ferè 24. Cæterum eorum distantiam per gradus non assignat, sed per stadia quorum 700. tribuit vni gradu maximo.

PTOLEMÆVS denique omnium accuratissimè hoc dierum

TABVLA PARALLELORVM EX ALMAGESTO PTOLEMÆI

Libro Secundo
Capite Sexto

PARALLELI	NOMINA PARALLELORVM	DIES ALTISSIMI TVDO TIALIS POLI				PARALLELI	NOMINA PARALLELORVM	DIES SOLSTITIALIS HOR. MI.	ALTITVDO POLI			
		BOC.	MI.	GR.	MI.				GR.	MI.		
I	ÆQVATOR	12	0	0	0	XXIV	PER CATVRACTO RIV. Magna Britan	17	47	37	0	
II	PER INSVLAM TAPROBANAM	12	17	4	17	XXV	PER AVSTRALIA Parue Britannia	18	0	38	0	
III	PER SINVM AVALITIVM	12	30	8	27	<i>Exinde non procedit per decremēta Quadrantis sed Semibore, quia Tropicos hic paralleli in æquā terræ Spatio</i>						
IV	PER SINVM ADVLITICVM	12	47	12	30	XXVI	Per Mediam PARVA BRITANN	18	30	39	30	
V	PER MEROEN Insulam	13	0	16	27	<i>Exinde parallelus non vocat, sed his verbis vtitur VBI DIES EST TOT HORARVM</i>						
VI	PER NAPATA Regiam Aethiopia	13	17	20	14	XXVII	Per Borealia PARVE BRITAN	19	0	61	0	
VII	PER SYENEN	13	30	23	31	28	PER INSVLAS EBVDAS	19	30	62	0	
VIII	PER PTOLEMADE que est in Thebaide et dicit Mercurii	13	47	27	40	29	PER THYLEN	20	0	63	0	
IX	PER INFERIOREM REGIONE Egypti	14	0	30	22	<i>Exinde neqz parallelus nominat, neqz nominibus suis appellat, et per horas Integras decrevit</i>						
X	Per Mediam PHONICIAM	14	17	33	18	IN DE	30	PER SCYTHICAS GENTES IGNOTAS	21	0	64	30
XI	PER RHODVM	14	30	36	0	NY ME RVS	31	EXINDE	22	0	65	30
XII	PER SMYRNEN	14	47	38	37	NOX	32	NVLIA NOMINA	23	40	66	0
XIII	PER HELLESPTV	15	0	40	36	AD DI TYE	33	ADDVNTVR	24	0	66	40
XIV	PER MASSILIA	15	17	43	3	<i>Necat hic obliquum Circulum qui per Medium horizonum est esse eundem cum Horizonte videlicet nostre Arctico Respondet</i>						
XV	Per Mediam PONTV	15	30	45	1	LVCS INCREMĒTA PER MESES						
XVI	Per Fontes DANVBII	15	47	46	31	PARALLELI	LVX CONTINVA	Alti poli GRA. MI.				
XVII	Per Ostia Fla. BORYSTHENIS	16	0	48	32	I	VNIVS MENSIS	67	17			
XVIII	Per Mediam palude MÆOTIDA	16	17	50	0	II	DVORV MENSIVM	69	30			
XIX	Per Australissima BRITANNIE	16	30	51	37	III	TRIV MENSIVM	72	20			
XX	Per Ostia Fl. RHENI	16	47	52	30	IV	QVATVOR MENSIV	78	20			
XXI	Per Ostia Fluui TANAIOS	17	0	54	1	V	QVINQVE MENSIV	84	0			
XXII	Per BRIGANTIV Mangua Britannia	17	17	55	0	VI	SEX MENSIVM	90	0			
XXIII	Per Mediam Magna BRITANNIA	17	30	56	0	<i>HIC DIES VNVS ET VNA NOX SEX MENSIV FACIUNT ANNV</i>						

Hic gradus est totius partis

augmentum expressit cap. 6. lib. 2. Magnæ Constructionis, ubi tamen tantum meminit Parallelorum. Postea nihilominus cap. 7. & 12. Climates mentionem facit. Tradidit & tabulam Parallelorum cap. 24 lib. 1. Geographiæ, sed à superiore nonnihil discrepantem, propterea quod in eâ tantum orbis sui delineationem cogitabat. Itaque tabula ex cap. 6. Almagesti petita tibi omnium antiquarum instar esse debet, ideóque híc appinximus emendatam.

§. 2. *Climata secundum recentiores.*

NOMEN.

CLIMATA à verbo κλίμα nomen habent, quoniam petuntur ab inclinatione Sphæræ: quare à Vitruvio dicuntur *inclinationes*, à Gellio *deuergentiæ*, à Iouiano Pontano parùm Latinè *Clini*. Putant etiam aliqui apud Plinium *segmenta* nuncupari, sed huius auctoris mentem non sunt assecuti.

DEFINITIO.

Clima est spatium terræ duobus parallelis comprehensum, cuius finis, diem Solstitialem seu longissimum dimidiâ horâ productiorem habet, quàm initium. Ita Clima continet duos parallelos, aut tres computatis extremis.

Est autem PARALLELVS spatium terræ, cuius finis diem maximum habet, quadrante vno longiorem quàm initium. Hic autem *Parallelus Climates* dicitur cum addito, ad differentiam gradus latitudinis qui simpliciter *Parallelus* appellatur.

NUMERVS.

Numerantur Climates 24 quia cum ab Æquatore numerentur, sub quo dies semper est horarum duodecim, & terminentur in circulis polaribus ubi dies maximus est 24. horarum, duodecim horæ in duas partes sectæ, reddunt 24. diuersitates diei Solstitialis per semihoras crescentis, & 48. parallelos, siue augmenta per quadrantes.

D

- CLIMATVM TABVLA

CLIMATA	PARALLELI	DISPOSITIO PARALLELORVM	ALTITVDO POLI		DIES SOLSTITIALIS		VRBES ILLVSTRES.	AMPLITVDO CLIMATVM		
			GRA.	MI.	HO.	MI.		GRA.	MI.	LEVCÆ
XIII	25	PRINC.	58	26	18	0	STOCHOLMIA <i>Suecia.</i> REVELIA <i>Imonia</i> BELLA-OZERA <i>Moschouia</i>	1	33	46 $\frac{1}{2}$
	26	MEDIŪ.	59	14	18	$\frac{1}{4}$				
	27	FINIS.	59	59	18	$\frac{1}{3}$				
XIV	27	PRINC.	59	59	18	$\frac{1}{2}$	ORCADES <i>Supra Scotiam.</i> OBSLOVIV <i>Noniagia</i> CAMBALV <i>Tartaria.</i>	1	9	39 $\frac{1}{2}$
	28	MEDIŪ.	60	41	18	$\frac{3}{4}$				
	29	FINIS.	61	18	19	0				
XV	29	PRINC.	61	18	19	0	BERGIS <i>Noruegia.</i> VSTINGA <i>Moschouia.</i>	1	7	31 $\frac{1}{2}$
	30	MEDIŪ.	61	33	19	$\frac{1}{4}$				
	31	FINIS.	62	25	19	$\frac{1}{2}$				
XVI	31	PRINC.	62	25	19	$\frac{1}{2}$	PAMENELICA <i>in pemia</i> <i>provincia Imperij Moschou-</i> <i>tici.</i>	0	58	29
	32	MEDIŪ.	62	55	19	$\frac{3}{4}$				
	33	FINIS.	63	23	20	0				
XVII	33	PRINC.	63	23	20	0	VASSA <i>in Finlandia.</i>	0	53	26 $\frac{1}{2}$
	34	MEDIŪ.	63	50	20	$\frac{1}{4}$				
	35	FINIS.	64	16	20	$\frac{1}{2}$				
XVIII	35	PRINC.	64	16	20	$\frac{1}{2}$	NIDROSIA <i>in Noruegia.</i>	0	39	19 $\frac{1}{2}$
	36	MEDIŪ.	64	37	20	$\frac{3}{4}$				
	37	FINIS.	64	55	21	0				
XIX	37	PRINC.	64	55	21	0	OVLO <i>in Moschouia.</i>	0	30	15
	38	MEDIŪ.	65	11	21	$\frac{1}{4}$				
	39	FINIS.	65	25	21	$\frac{1}{2}$				
XX	39	PRINC.	65	25	21	$\frac{1}{2}$	VISTVM <i>in Finlandia.</i>	0	22	11
	40	MEDIŪ.	65	36	21	$\frac{3}{4}$				
	41	FINIS.	65	47	22	0				
XXI	41	PRINC.	65	47	22	0	TORNA <i>in Bothnia Suecia.</i>	0	21	9 $\frac{1}{2}$
	42	MEDIŪ.	65	57	22	$\frac{1}{4}$				
	43	FINIS.	66	6	22	$\frac{1}{2}$				
XXII	43	PRINC.	66	6	22	$\frac{1}{2}$	VOLINGA <i>in Moschouia.</i>	0	14	7
	44	MEDIŪ.	66	14	22	$\frac{3}{4}$				
	45	FINIS.	66	20	23	0				
XXIII	45	PRINC.	66	20	23	0	SKALOTŪ <i>in Islandia.</i>	0	8	4
	46	MEDIŪ.	66	24	23	$\frac{1}{4}$				
	47	FINIS.	66	28	23	$\frac{1}{2}$				
XXIV	47	PRINC.	66	28	23	$\frac{1}{2}$	HOLA <i>in Islandia.</i>	0	3	1 $\frac{1}{2}$
	48	MEDIŪ.	66	30	23	$\frac{3}{4}$				
	49	FINIS.	66	31	24	0				

- RECENS. ET ACCVRATA

CLIMATA	PARALLELI	DISPOSITIO PARALLELORVM	ALTI TVDO POLI		DIES SOLSTIALIS		VRBES ILLVSTRES	AMPLITV DO CLIMATV		
			GRA.	MI.	HOR.	MI.		GRA.	MI.	LEVCE.
I	1	PRINCIP.			12	0	MOLVCA Infula			
	2	MEDIVM	4	18	12	$\frac{1}{2}$	MALDIVA Infula	8	34	257
	3	FINIS	8	34	12	$\frac{1}{2}$	MALACA In India			
II	3	PRINC.	8	34	12	$\frac{1}{2}$	ZELLA In Ethiopia			
	4	MEDIVM	12	43	12	$\frac{3}{4}$	GOA In India	8	9	244 $\frac{1}{2}$
	5	FINIS	16	43	15	0	COLVMBU In Insul. Ceylan			
III	5	PRINC.	16	43	15	0	DIV In Cambaia Regno India			
	6	MEDIVM	20	33	13	$\frac{1}{2}$	MEXICVM In America Septentrionali	7	28	224
	7	FINIS	24	11	13	$\frac{1}{2}$				
IV	7	PRINC.	24	11	13	$\frac{1}{2}$	ORMVSTVM In Perside			
	8	MEDIVM	27	36	13	$\frac{1}{2}$	AGRA In Reg. Mogoris HIEROSOLYMA Palestine	6	36	198
	9	FINIS	30	47	14	0	ALEXANDRIA Egypti			
V	9	PRINC.	30	47	14	0	TVNETVM In Barbaria			
	10	MEDIVM	33	43	14	$\frac{1}{2}$	NICOSIA In Cypro NANOVIV In Sinu	5	43	171 $\frac{1}{2}$
	11	FINIS	36	50	14	$\frac{1}{2}$	MEACO In Perside			
VI	11	PRINC.	36	30	14	$\frac{1}{2}$	OLISSIPO In Lusitania MADRID In Hispania			
	12	MEDIVM	39	2	14	$\frac{3}{4}$	PANORNIVS In Sicilia ISPAHAN In Perside	4	52	146
	13	FINIS	41	22	15	0				
VII	13	PRINC.		22	15	0	MASSILIA In Gallia ROMA In Italia			
	14	MEDIVM	43	32	15	$\frac{1}{4}$	CONSTANTINOPOL In Graecia TRAPEZVS In Natolia	4	7	125 $\frac{1}{2}$
	15	FINIS	45	29	15	$\frac{1}{2}$				
VIII	15	PRINCIP.	45	29	15	$\frac{1}{2}$	LVTETIA In Gallia VIENNA In Germania			
	16	MEDIVM	47	20	15	$\frac{3}{4}$	SARMACHADA Tartaria PEQVINVM In Sinu	3	32	106
	17	FINIS	49	1	16	0				
IX	17	PRINC.	49	1	16	0	COLONIA In Germania PRAGA In Bohemia			
	18	MEDIVM	50	33	16	$\frac{1}{4}$	CRACOVIA In Polonia ASTRACAN In Moschama	2	37	88 $\frac{1}{2}$
	19	FINIS	51	58	16	$\frac{1}{2}$				
X	19	PRINC.	51	58	16	$\frac{1}{2}$	LONDINVM In Anglia DVBLINVM In Hibernia			
	20	MEDIVM	53	17	16	$\frac{3}{4}$	AMSTELDAMVM Belou GEDANVM Prussia	2	39	71
	21	FINIS	54	29	17	0				
XI	21	PRINC.	54	29	17	0	VILNA In Lithuania SMOLENSKO Polonia			
	22	MEDIVM	55	34	17	$\frac{1}{4}$	MOSCOVIA Russia	2	8	64
	23	FINIS	56	37	17	$\frac{1}{2}$				
XII	23	PRINC.	56	37	17	$\frac{1}{2}$	EDINEVGV In Scotia HAFNIA In Dania			
	24	MEDIVM	57	34	17	$\frac{3}{4}$	RIGA In Luonia	1	49	54 $\frac{1}{2}$
	25	FINIS	58	26	18	0				

APPELLATIO.

Veteres non tantùm Climata appellabant ex numero, *primum, secundum, &c.* Sed etiam per loca illustriora, quæ in Climate reperiebantur, *per Meroen, per Syenem, Alexandriam, Rhodum, Hellespontum, &c.* Verùm quoniam vnum Clima prætermittebant, propterea quòd regiones vicinas Æquatori non agnoscebant, nos tantùm numeri nomen retinuimus; tu ex locis celebrioribus, quæ appingimus in tabula selige quod voles. Clavius vt huic malo mederetur anteposuit vnum clima ex tribus totis parallelis constans, quod *innominatum* appellauit; verùm hoc commentum quæstionem turbat potius, quàm illustrat, & rudibus multùm successit negotij.

TABVLÆ CLIMATVM EXPOSITIO.

Hanc elaborauimus diligentissimè & clarissimam atque expeditissimam reddere conati sumus. Diuiditur in columnas octo. In *prima* numerus climatum exprimitur. In *secunda* numerus parallelorum. In *tertia* climatum dispositio secundùm initium, medium, & finem; vbi cum Ptolemæo in *Almagesto* Æquatorem primum parallelum facimus. In *quarta* notatur longitudo diei Solstitialis, seu Maximi. In *quinta* eleuatio Poli; & ope huius columnæ inuenies cui climati subsit locus oblatas, & cuius iam nosti latitudinem. In *sexta* vrbes illustres, ex quibus climata poterunt appellari. *Septima* & *octaua* ostendunt amplitudinem cuiusque climatis, siue per leucas, siue per gradus.

§. 3. *Climata improprie dicta, siue decrefcentia per dies plures.*

Post circulos polares lux solstitialis non censetur crescere per semihoras, sed per dies totos, immò & per menses ipsos: sic enim Geminus, sic Ptolemæus locuti sunt. Quæ tamen locutio non satis videtur accurata, maximè quia probabilius est omnia signa Syzyga esse, ac proinde non potest assignari situs Sphæræ in quo Sol populis luceat tantùm in Cancro, non in Geminis; sed quicumque locus Solem videt commorantem in Cancro, cum-

CLIMA^{TA} IMPROPRIE DICTA
SEV PER DIES PLVRI MOS
CRESCENTIA

VETRA CIRCVLVM
POLAREM ARCTICVM

NV ME RVS	ALTI TVDO POLI		LVX PRO DVCTOR	LOCA VTCVMOVE COGNITA	AMPLITVDO		
	Gr.	MI.			PER GRAD. Gr. MI.	PER LEVCAS FRANCICAS	
I	67	21	TRIGINTA VNVS DIEI	PARS LARONVM	0	49	24 $\frac{1}{2}$
II	69	48	62 Dierum	GROENLANDIÆ AVSTRALIA	2	27	73 $\frac{1}{2}$
III	73	37	93 Dierum	NOVE ZEMBLE AVSTRALIA	3	35	107 $\frac{1}{2}$
IV	78	30	124 Dierum	NOVA ZEMBLE BOREALIA	4	33	146 $\frac{1}{2}$
V	84	5	155 Dierum	SPITZBERGA	5	25	162 $\frac{1}{2}$
VI	90		180 vel 187 Dierum Circiter	INCOGNITA REGIO	5	55	177 $\frac{1}{2}$

VITRA CIRCVLVM
POLAREM ANTARCTICVM

NV ME RVS	ALTI TVDO POLI		LVX PRODVCTOR	LOCA	AMPLITVDO		
	Gr.	MI.			PER GRADVS Gr. MI.	PER LEVCAS	
I	67	21	VIGINTI NOVE DIERVM	- HIC	0	49	24 $\frac{1}{2}$
II	69	48	58 Dierum	NVLLA	2	27	73 $\frac{1}{2}$
III	73	37	88 Dierum	HACTENVS	3	35	107 $\frac{1}{2}$
IV	78	30	118 Dierum	DETECTA	4	33	146 $\frac{1}{2}$
V	84	5	147 Dierum	SVNT	5	25	162 $\frac{1}{2}$
VI	90		177 vel 177 Dierum Circiter		5	55	177 $\frac{1}{2}$

dem, & in Geminis videt, atque ita de reliquis signis. Satiùs ergo iudicauimus per dies digerere Climata, quæ à polaribus circulis in polos procedunt; vocanturque *improprie* dicta; quia per semihoram non crescunt. Vidi autem illustrem Astrologum, qui tria tantùm illiusmodi Climata numeraret; *Primum* cum Sol moratur in Cancro, & in Geminis: *Secundum* cum insuper haret in Tauro & Leone: *Tertium* denique cum sex Borealia signa Zodiaci decurrit. Nos certè antiquitatem venerati numerum antiquum retinuimus, & mensis duntaxat. nomen expunximus.


Quod autem mirum videbitur hæc Climata quò magis accedunt ad polos, eò maius spatium terræ occupant: cum è contrà Climata *proprie* dicta restringantur, quò magis ab Æquatore recedunt. Cuius ratio postea afferretur petita ex dispositione signorum in Ecclipticâ Zodiaci.

Quòdque magis mirabere, non sufficit eadem tabula Climatis *impropriis* Borealibus, & Australibus; cum eadem tabula exhibeat Climata *proprie* dicta siue Australia, siue Borealia. Cuius diuersitatis ratio est; quia pluribus diebus Sol percurrit signa Borealia, paucioribus Australia; hæc nempe 178. diebus horis 21. minutis 42. secundis 25. illa verò 186. diebus horis 8. minutis 12. secundis 44. Siue vt loquuntur pingui mineruâ Ecclesiastici Computistæ Sol 94. diebus transit ab æquinoctio verno, ad solstitium æstiuum, & 94. item diebus ab æstiuo solstitio ad æquinoctium autumnale; hinc verò ad solstitium hibernum 89. diebus & sex horis, & inde ad æquinoctium vernum 89. diebus. Cuius varietatis causa reiicienda est in diuersitatem centri motus Solaris à centro terræ. Quæ tamen mutatio *ἐκκεντρώσις* quia subinde inducitur, continget aliquando si diutiùs mundus perduret, vt quod de Boreali parte nunc dicitur, postea de Australi afferatur.

§. 4. Ratio inueniendorum Climatum.

Vt Climata reperiamus accuratè, vtemur methodo, quâ Crepusculorum diuersitas intelligitur, quæ ita se habet.

Quadrantem circuli diuide in partes 90. cuiusque quadrantis latus A. B. sit Æquator, latus B. C. horizon populorum, qui sub Æquatore viuunt. Tam ab Æquatore fursùm progrediendo se pone 23. gradus cum dimidio, ab hoc puncto duc lineam Æqua-



tori parallelam D. E. quæ tibi repræsentabit Tropicum Cancræ: in eâ lineâ Climatum, & parallelorum distantiam sic inuenies. Supra lineam D. E. excita duos circuli quadrantes, quorum semidiameter sit linea prædicta, eosque quadrantes, in partes 24. seca vt inuenias Climata, aut 48. portiones, vt reperias parallellos: ab vtrisque punctis in quadrantibus notatis ducito lineas, quæ Tropicum secent, seu lineam D. E. & ex earum intercapedine distantiam Climatum, & parallelorum habebis.

Nam ex puncto B. centro primi quadrantis duces lineam per primum interuallum ex 48. notatis in linea D. E. aduertes in maioris quadrantis diuisione attingere gradum eleuationis quatuor cum minutis 18. hîc finem habebis primi paralleli. Duces aliam lineam per secundum spatium videbis incidere in gradum 8. cum minutis 24. hîc scies claudi secundum parallelum, ac proinde primum Clima; atque ita deinceps, donec perueneris ad 48. interuallum, quod cadere deprehendes in gradum 66. cum dimidio, seu polarem Arcticum, in quo Climata propriè dicta finiuntur.

Hæc methodus facilior, reddit rationem quæsitæ de inæquali distantia Climatum. Quæ ratio innitur demonstratione, quam tibi appêdix nostræ tabulæ repræsentat. Videlicet quod si à puncto A. ducantur lineæ in lineam B. C. quæ diuidant illam in partes æquales C. D. E. F. G. H. & vna earum demissa sit ad perpendicularum in lineam B. C. diuisam, quò magis sectiones D. E. F. &c. recedent à perpendiculari C. eò minorem sustinebunt angulum, & erit angulis I. maior quàm L. & ita deinceps. Quòd si linea C. B. diuidatur in partes eò minores, quò magis recedunt à perpendiculari, minores adhuc sustinebunt angulos. At ita se habent spatia in Tropico notata; igitur quò magis lineæ protractæ recedent à lineâ A. C. seu Horizonte, eò minora erunt interualla.

Id autem ad sensum deprehenditur in commotione spheræ rectæ, attollendo sensim vnum è polis. Cùm enim Horizon secet Æquatorem, duòsque Tropicos in duas partes æquales quando Sphæra recta constituitur, vbi redditur illa obliquior maiorem circulorum istorum portionem nobis ostendit, minorem occultit; & eius apparentiæ inæqualitas magis elucebit, quò magis polus attolletur. Hoc est porrò, quod dixere veteres potissimum Geminius, & Cleomedes: *Quò maior est inclinatio, eò semper maior arcus illorum (circulorum) quos Sol decurrit supra finientem apparet, minor*

latet. Quæ omnia accuratiùs demonstrantur in Sphæricis Theo-
sij lib. 2. propos. 19.

§. 5. *Ratio inueniendorum Climatum post circulos polares.*

VT lucis incrementum post circulos polares deprehendatur, at-
tendendum ad signa in quibus Sol commoratur dum percurrit
Ecclipticam. At certum est dies parum crescere, & imminui,
dum Sol commoratur in signis Tropico vicinioribus, ad sensum
augeri aut deficere, cum in remotioribus versatur. Vnde fit vt Cli-
mata hæc angustiora sint, quò magis accedunt ad Tropicos, la-
tiora quò magis ad polos vergunt. Hoc autem augmentum in pro-
positâ figura sic agnosces.

Ex termino Tropici seu litera D. perpendicularem demitte in
Æquatorem, & exinde duos circuli quadrantes ducito, quorum
hæc perpendicularis erit diameter. Eos quadrantes in sex partes
diuide, quor sunt Climata improprie dicta. Lineæ ex diuisionibus
quadrantum in perpendicularem ductæ, dabunt tibi horum Cli-
matum interualla.

CAPVT VLTIMVM.

De Ventis.

§. I. *De numero ventorum secundum veteres.*

PHILOSOPHI QUIDAM APVD ARISTOTELEM
vnicum ventum duntaxat admittebant: quoniam (inque-
bant) ventus est tantum aer motus. De his 1. Meteor. cap. 13. Phi-
losophus.

THERIALCES APVD STRABONEM duos tantum
recipiebat sibi ab utroque polo oppositos, dicebanturque
BOREAS NOTVS.

POETÆ GRÆCI ET LATINI quatuor appellant, quos
sibi inuicem ita opponunt.

Auster Notos

Aquilo Boreas

Eurus Eurus

Fauonius Zephyros.

Zephyri autem loco in tempestate solent Africum substituere.

ANDRO-

ANDRONICVS CYRRHESTES apud Strabonem in turri octagonâ Athenis octo disposuerat, quos Triton mobilis virgâ indicabat.

AQVILO	NOTVS.
APELIOTES	ZEPHYRVS.
CÆCIAS	AFRICVS.
ARGESTES	EURVS.

PLINIUS, SENECA, ARISTOTELES duodecim recipiunt, quos Seneca ex punctis Tropicorum, Circularum Polarium, & Meridiani prædictos circulos secantis, colligit.

Subsolanus	Απελιώτης.	Fauonius	Ζέφυρος.
Boreas	Απαρχίας.	Auster	Νότος.
Aquilo	Μέσος.	Albonotus	Λευκόνοτος.
Cæcias	Καιτίας.	Africus	ΑΨ.
Corus	Αργέης.	Vulturnus	Εὔρος.
Thrafcias	Θρασκίας.	Euronotus	Φοινικίας.

VITRUVIUS LIB. I^o. CAP. VI^o. VIGINTI QUATVOR.

SEPTENTRIO	AVSTER.
Thrafcias	Euronotus.
Corus	Vulturnus.
Caurus	Eurus.
Circius	Cæcias.
Etesia	Ornithia.
FAVONIUS	SOLANVS.
Argestes	Carbas.
Subuesperus	Boreas.
Africus	Aquilo.
Libonotus	Supernas.
Altanus.	Galicus.

§. 2. *Ventorum Antiquorum Syllabus.*

AFRICVS Græcis ΑΨ ab Africâ dictus (quæ Græcis Libya est) nomen accepit, procellosus imprimis; quo tamen flante mirum est (Plinio teste) Alcyonum proli sterni mare. Aristoteles ait eum vix obducere cælum nubibus, quoniam illas rapiditate suâ dissipat.

ALTANVS à Vitruvio iuxta Austrum collocatur, & sic dici-

tur quòd *altriùs nubes agat*, aut fortè ab Altano vrbe Calabriae respectu Brundusij, aut Tarenti; ex eo retinuerè nomen venti meridionales *les Autans*.

APARCTIAS ab Vrfa Minore nomen habet, Latinis *Septentrio*: in Europâ serenus, in Africâ nubilus. Confunditur à quibusdam cum *Borea, Aquilone, & Etesis*.

APELIOTES, Senecæ Apheliotès à Græco ἄλιος, Latinis *Solanus, & Subsolanus* spirans ab Oriente Æquinoctiali. Denominatur autem ventus à Sole potiùs nascente, quàm Occidente, quia Oriens flatum auget, Occidens premit, inquit Plinius.

ARGESTES à Vitruuio infra Fauonium constituitur, apud Aristotelem, Plinium, Strabonem loco Cauri supponitur. Ab Homero certè νότος appellatur. Dicitur à Græco ἄργος quæ *pigrum* sonat, igitur per Antiphrasim, est enim procellosus: licèt id Seneca neget cum eum mollem vocat, ac euntibus, & redeuntibus communem. Idem videtur esse cum *Iapyge, & Cauro*.

AQVILLO ab Aquilæ velocitate dictus. Eius loco ab Aristotele substituitur Mefes: sed Plinius & Seneca aliter sentiunt.

ATABALVS & *Atabulus* ventus est peculiaris Apuliæ, cuius meminit Horat. Sat. v. Quidam *Ataburum* legunt, & ab Ataburo monte Siciliae nominari putant; quare ab eodem Horat. torrere dicitur montes Apuliæ. Porphirion tamen dictum credit *ἡ δὲ τῆ ἀτῆν βάλλει* ab inferenda noxa, quia sic omnia arefacit vt nullis possint Solibus recreari ait Plinius.

AYSTER ab hauriendis aquis appellatur, licèt non asperetur: Græcis Notus est.

BOREAS Græcorum, Aquilo Latinorum est, & dicitur vel à Rege Thraciæ, vt Mythologi, vel *ὄπρ τῆς βοῆς*, quoniam est violenti flatus, & sonori, vt vult apud Gellium Phauorinus.

CÆCIAS vulgo inter Aquilonem, & Subsolanum collocatur, ab vno Vitruuio inter Subsolanum, & Eurum. Non pellit nubes, sed ad se videtur attrahere, vnde nata parcemia. Tatius c. 32. Ifag. in phænomena Arati ait ita dictum à Fl. Caico. vocatur aliter *Hellepontias*.

CARBAS supra Subsolanum infra Boream Vitruuio; fortè ab vrbe Carba minoris Armeniæ.

CATAOEGIS Pamphyliam infestat apud Senecam s. Nat. quæst. An ab Oegofagis Galatiæ? videtur sanè ad Septentrionem referendus.

CAVRVS à Vitruvio constituitur vbi Plinius, & Aristoteles Argesten locant: sic vocatur quòd in morem Pantheræ stridere seu *Caurire* videatur.

CIRCIVS Cercius Catoni, sic appellatur à *turbine*, vt vult Phauorinus apud Gellium. Tribuitur vni Galliæ à Plinio, & Senecâ, Cato eo quoque infestari Hispanos Alpinos ait. Neque tamen totam Galliam quatit, siquidem Viennæ non sentitur, inquit Plinius. Percellere armatum hominem, & plaustrum ait Cato: Gallorum ædificia diruere, inquit Seneca, & tamen coli ab indigenis, quòd huic debeant salubritatem, ideòque ei ab Augusto in Galliis agenti votum esse templum. Rectè collocatum esse à Vitruvio arguit Plinij locus.

CORVS vulgò cum Cauro confunditur, distinguitur tamen à Vitruvio: Seneca hunc violentum vocat, & in vnam partem rapacem.

ETESIÆ sic vocantur quasi *Anniuersarij*, tempestiui & salubres omni viuenti, inquit Tullius. Plinius ait flare biduo post exortum Caniculæ, Theon in Aratum ab exortu Caniculæ, vt plurimum 60. diebus ad Arcturum. Ab antiquis vulgò crediti sunt flare à Septentrione, quare à Lucretio *Etesie flabra Aquilonum*: vnde quidam eis assignarunt Nili inundationem. Alij in Occidentem, alij in Orientem declinare malunt, Nigidius etiam apud Gellium in Austrum. Videlicet, inquit idem Gellius lib. 2. cap. 27. ex aliâ, atque aliâ cæli parte flant. Plinius eos cum *Prodromis* videtur confundere: Seneca tradit vocari, *somniculosos*, & *delicatos*, quia inquit, *mane surgere nesciunt*.

EVRONOTVS Aristoteli *Lenconotus*, aliter & *Phanicias* de quo postea. Inter Eurum, & Notum ab Aristotele collocatur; à Vitruvio inter Vulturum, & Austrum.

EVRS *Eῦρος* quasi *Eῦρος fluidus* quia excitat sudorem, vt vult Eustathius, vel quasi *Ἐὼρ τῆς Ἐω πύλης* procedens ab Aurorâ. Confunditur aliquando cum Subsolano, & Vulturno. Immo & ab aliis affigitur Orienti æstiuo, ab aliis hyemali, ait Strabo.

FAVONIVS à fouendo dictus, quòd ab eo plantæ enectæ frigore refoueantur. Græcis est *Ζέφυρος*.

GALLICVS cuius meminit vnus Vitruuius, & prope Septentrionem, versus Austrum locat.

HELLESPONTIAS ab Helleponto vnde spirat in Græciam

& Athenas, aliter Cæcias de quo sup. à.

IAPYX cuius meminere Horatius, & Virgilius. Ad Caurum, seu Argesten referri debet. Opratur enim ab Horatio Maroni ex Italia in Græciam & Athenas soluturo, & eo vsa est Cleopatra ex Epyro in Ægyptum fugiens. Nomen habet à Iapygiâ parte Apulie.

LEUCONOTVS aliter *Euronotus*, item & *Phœnicias*. Dicitur autem Leuconotus quòd serenitatem inducat: λευκὸν enim *serenum* est.

LIBONOTVS ita dictus quòd Notum inter, & Africum spirat: à quibusdam Leuconotus apud Strabonem nominatur.

MESES quasi *medius*: à Plinio locatur inter Aquilonem, & Cæciam; ab Aristotele post Boream versus Orientem loco Aquilonis Pliniani.

NOTVS à Græco νότιος *humor* quia valdè humidus: vel vt apud Gellium Phauorinus ab ὀνῆ λέδο vnde ὀνοτος & per apharesin νότος, inquit Eustathius, quòd frugibus, & corporibus noceat. Noctu vehementior est, quàm interdiu: & eo flante animalia minus esuriunt, ait Plinius. In mari Adriatico sæuit atrocius.

OLYMPIAS à Plinio supra Argesten effertur: qui etiam notat consuetudinem inualuisse vt *Olympias*, *Scyron* & *Argestes* confundantur, quod & fecit Aristoteles. Nomen habet ab Olympo monterespectu Theſſalorum.

ORNITHIAS quasi *Auicularis* quia post Brumam spirans aues reducit, ait Plinius, estque admodum temperatus. At Geminus frigidum appellat. Ab Aristotele, & Vitruuio opponuntur Ornithiæ Etesis.

PHOENICIAS à Phœnicibus qui eo vtuntur soluentes in Græciam. *Euronotus* aliter dicitur.


SCYRON à montibus seu Petris Scyroniis vocatur, & maximè Athenienses infestat. Hunc Plinius infra Argestem ablegat. Quomodo autem cum Olympiâ, & Argeste confundatur supra inuimus.

SEPTENTRIO à polo Arctico spirat, Græcis Aparétias de quo superius.

SOLANVS Vitruuio, Plinio *Subsolanus*, ab Oriente Æquinoctiali spirat.

SUBSOLANVS idem cum *Solano*.

VENTORVM ACCVRATA TABVLA SECVDNVM VETEREM ET NOVAM DISPOSITIONEM AC NOMEN-CLATVRAM.



VENTORVM ACCURATA TABV
SECVNDVM VETERVM ET NOVA
DISPOSITIONE AVTORVM CLAVSURA



SVBVESPERVS quem vnus appellat Vitruuius, atque inter Argesten, & Africum statuit.

SVPERNAS appellatur quoque ab vno Vitruuio, & supra Aquilonem collocatur.

THRASCIAS nomen habet à Thracia latè sumptâ, hoc est à regionibus supra Macedoniam extensis. De eius situ omnes conueniunt.

WLTVRNVS infra Eurum ab vno Vitruuio statuitur, à Latinis pluribus cum Euro confunditur. Quidam apud Gellium vocant Euronotum. Dicitur à vulture aue, vel à Vulturno fluuio Campaniæ.

ZEPHYRVS quasi *ζάνυ φέρων vitam ferens*, Latinis Fauonius.

§. 3. De Ventis secundum recentiores.

DIVIDVNTVR venti 32. in Cardinales, Secundarios, Tertiarios, & Quadrantes.

CARDINALES sic dicti quod à 4. mundi Cardinibus spirent.

In Oceano.	{	EST ab Oriente.	LEVANTE.	} In Mediterraneo.
		OVEST ab Occidente.	PONENTE.	
		SVD à Meridie.	OSTRO seu Mesogiorno.	
		NORD à Septentrione.	TRAMONTANA.	

SECUNDARIII in quibus Nord & Sud nomen incipiunt.

In Oceano.	{	SVDEST.	SIROCO.	} In Mediterraneo.
		NORDEST.	GRÆCO.	
		SVDOVEST.	GARBINO seu Libecio.	
		NORDOVEST.	MAESTRO.	

TERTIARIII in quibus Secundarius claudit nomen, inchoat Cardinalis.

In Oceano.	{	Quest-Nord-ouest.	Ponente-Maestro.	} In Mediterraneo.
		Nord-Nord-ouest.	Maestro-Tramontana.	
		Nord-Nord-Est.	Tramontana-Græco.	
		Est-Nord-Est.	Leuante-Græco.	
		Est-Sud-Est.	Leuante-Siroco.	
		Sud-Sud-Est.	Ostro-Siroco.	
		Sud-Sud-ouest.	Ostro-Garbino.	
		Quest-Sud-ouest.	Ponente-Garbino.	

QUADRANTES ex Cardinalibus, & Secundariis complicati,
addito nomine quadrantis.

In Oceano.	In Mediterraneo.
Ouest quart de Nordouest.	Quarta di Ponente verso Maestro.
Nordouest quart de l'ouest.	Quarta di Maestro verso Ponente.
Nordouest quart au Nord.	Quarta di Maestro verso Tramontana.
Nord quart au Nordouest.	Quarta di Tramontana verso Maestro.
Nord quart au Nordeste.	Quarta di Tramontana verso Græco.
Norddest quart au Nord.	Quarta di Græco verso Tramontana.
Norddest quart à l'est.	Quarta di Græco verso Levante.
Est quart au Nordeste.	Quarta di Levante verso Græco.
Est quart au Sudest.	Quarta di Levante verso Siroco.
Sudest quart à l'est.	Quarta di Siroco verso Levante.
Sudest quart du Sud.	Quarta di Siroco verso Ostro.
Sud quart au Sudest.	Quarta di Ostro verso Siroco.
Sud quart du Sudouest.	Quarta di Ostro verso Garbino.
Sudouest quart du Sud.	Quarta di Garbino verso Ostro.
Sudouest quart à l'ouest.	Quarta di Garbino verso Ponente.
Ouest quart au Sudouest.	Quarta di Ponente verso Garbino.

LIBER TERTIVS.

De Elementis Geographiæ ex Geometria petitis.



VID Geometria conferat Geographiæ intelligimus ex Ptolemæo, atque Strabone, & superius libro primo considerauimus, quæ iam hoc libro quasi reuocabimus ad praxim; reiectis tamen plurimis, quæ in id loci ab otiosis hominibus conuehi solent.

CAPVT I.

De Longitudine & Latitudine Geographica.

§. 1. Circuli diuisio.

AN-
TI-
QVIS-
SIMA. { DIVIDEBATUR olim omnis Circulus in *ἑξήκοντα* Sexagesi-
mas, ac proinde in partes sexaginta. Hæ autem Sexage-
simæ sex gradus nostros continebant. Ita polus dicitur
diffidere à Vertice Gnidio sex partibus, qui iam 36. Gra-
dibus distat: de quo Manilius,
Sæxque fugit solidas à cæli vertice partes.

VE-
TYS. { In 360. Gradus quia in { Vna secunda: hoc est 30. mi-
circulo sexies reperitur { nuta.
Semidiameter, quæ in { Vna tertia: hoc est 20. minu-
decem diuisa reddit { ta.
partes 360. Hæ autem { Vna quarta: 15. minuta.
partes sic diuiduntur à { Vna sexta: 12. minuta.
veteribus. { Vna duodecima: 5. minuta.

RE-
GENS. { In 360. Gradus { In 60. partes seu minuta siue scrupulos
qui iterum { qua diuisione vtuntur Geographi.
duobus modis { In 100. partes, quam diuisionem adhi-
subdiuiduntur. { bent Chorographi & Topographi.


§. 2. Latitudo Geographica.

DEFI-
NI-
TIO. { LATITUDO est pars ab Austro in Boream spectata,
seu ab Æquatore versus vtrumuis polum.

GRA-
DVS
LA-
TITV-
DI-
NIS. { Sunt partes illud spatium dirimentes 90. numero à utrâq;
parte Æquatoris in vtrumque polum, vbi nonagesimus
terminatur. Dicuntur autem *gradus latitudinis*, cuius ra-
tio videbitur in longitudine: item *Elevationis polaris*, quia
à polo desumitur. Itémque *paralleli* quia æqualiter à se
inuicem distant, & ab Æquatore: eúmque quoniam am-
biunt, idcirco circuli sumuntur integri, cùm gradus lon-
gitudinis terminentur in polis.

LONGITUDO ET LATITUDO ORBIS.

LOCA HIVS HEMIS- PHERII ILLVSTRIORA	LONGITV- DO	LATITV- DO
ADENTM.	8°	17
AGRA.	16	28
ALEXANDRIA.	61	30
AMARA.	60	Abc
S. Antony Ins.	33	15
ARMVSIV.	90	27
ATHENAE.	51	37 1/2
BABYLON.	79	35
BANZA.	40	14
Bona Spei pro.	44	Abc
CAMBALV.	160	61
CANDIA.	33 1/2	34 1/2
Comoronii pro.	100	8
COSTANTINOPOLIS	52	43
Cotui Ins.	345	38
CRACOVIA.	42 1/2	51
DIV.	100	00
DVBLIN.	12	53 1/2
EDINVRGV.	16 1/2	56
Ferri Insul.	Mon- Siam	27
Florum Ins.	345	38
Gardafu pro.	84	10
G.O.A.	110	16
HAFNIA.	38 1/2	54
HIEROSOLIMA.	67	31 1/2
ISPAHANV.	80	33
Laena montis -pron.	10	8



LOCA ILLVSTRIORA.	LONGI- TU- DINE.
LONDINV.	23 1/2 48 1/2
LYTTELIA.	16 40
MADRITV.	33 32
MALACA.	150 15
MANHILA.	10 29
MAROCV.	166 36
MEACVM.	73 23
MECCA.	39 34
MELITA.	156 Ee
MOLYCB.	68 23
MOSAMBICVS.	102 40
MOSCHOVIA.	62 1/2 54
NANQVINV.	144 38
NEAPOLIS.	38 40 1/2
NICOSIA.	60 1/2 35 1/2
NIDROSIA.	32 64 1/2
OLYSSIPPO.	9 38
PANDRMVS.	30 1/2 37
RHODIVS.	59 36
ROMA.	36 41 1/2
SARMACHADA.	120 42
Sagittario nale	50 7 1/2
pro. V. Narkiu.	41 59
STOCKHOLMIA.	72 43
TRAPETVM.	34 1/2 33
VENETIA.	34 1/2 49
VIENNA.	38 1/2 48
Viride pro. Vulgo le Cap verd.	5 55

Non habetur hic ratio
ab Tabula exequit latitudi-

INI-
TIVM } Est *Æquator*: quia cùm æqualiter ab utroq; polo remo-
tus sit, sitque fixus, propterea quòd poli quibus interia-
cet sunt immobiles, idcirco principium latitudini dedit.
LATI-
TVDI-
NIS, } Omne enim principium debet esse immobile. Aliunde
Polis hæc ratio principij non potuit affigi; quoniam omne
principium vnum est. Respectus autem ad polos duos
facit duplicem latitudinem *Borealem*, & *Australem*: quæ
latitudo dicitur aliter *Elevatio*: quia ex Poli inspectione
faciliùs nouimus loci alicuius ab *Æquatore* distantiam.
Qui sub *Æquatore* degunt nullam; qui sub Poli maxi-
mam latitudinem habent.

§. 3. *Longitudo Geographica.*

DEFI-
NI-
TIO } *LONGITVDO* est *terre spatium ab Occidente in Orientem*
consideratum. Cur autem hoc spatium dicatur potiùs lon-
gitudo, quàm latitudo, cùm in orbe omnia sint æqualia,
hæc ratio optima reddi potest. Quoniam hæc nomina
LON-
GITY-
DI-
NIS, } *longitudinis*, & *latitudinis* ab antiquis accepimus: qui qui-
dem plus terræ detexerant ab Occidente in Orientem,
quàm à Septentrione in Meridiem: illic enim 180. gra-
dus, hîc 80. tantùm ætate Ptolemæi cognoscebantur.
GRA-
DVS } Sunt partes spatium ab Occidete in Orientem dirimen-
tes, numero 360. quarum decima quæque in tabula no-
tatur, aut decima quinta ad tollendam linearum confu-
sionem, quâ descriptio inquinaretur. Partes autem illæ
LON-
GITY-
DI-
NIS, } dicuntur *Gradus Longitudinis*, & *Meridiani*, quia quicum-
que sub eadem illiusmodi lineâ degunt, simul habent
meridiem si Sol eis affulgeat. Hi autem Meridiani termi-
nantur in Poli, ideòque mediam tantùm circuli partem
efficiunt.
INI-
TIVM } *Prima* est *HISPANORVM* apud Abrahamum Orte-
lium, qui *TOLETI* eam assignant; sed exinde non pro-
cedunt in Orientem, vt alij, sed in Occidentem.
LON-
GITY-
DI-
NIS, } *Secunda* est *SECTORVM TYCHONIS BRAHE*: qui-
bus primus Meridianus addicitur Vranoburgo in insula
Huena Daniæ.
Tertia *ALEXANDRI VI. Sum. Pont.* in mari centum

Seu leucis à Promontorio Viridi *du Cap verd*: sed metam illam
 Pri- sacram, avaritia Hispanorum & Lusitanorum refixit ob
 mus Molucas, licèt diplomate firmata esset.

Meri- *Quarta DEFLEXIONIS* dicta Barbarè *Demarcationis*
 dia- instituta ab Hispanis, & Lusitanis conuenientibus, sicque
 nus, dicta, quia à prædictâ Pontificiâ deflectebat: videlicet
 370. leucis in Oceano Occidentali post insulam S. Anto-
 niij, quæ postrema est Hesperidum seu Promontorij Viri-
 dis *du Cap verd*.

qui *Quinta ARABVM* ad *Herculis columnas*, hoc est 8. gradi-
 quia bus longiùs in Orientem, quàm Ptolemæus.

ex *Sexta GERARDI MERCATORIS* ad insulas *Acores*
 homi- seu *Flandricas*, vulgò *des Espreniers*, inter insulas Corui, &
 num Florum. Id sumptum erat initium ex nautis, qui crede-
 assi- bant hunc locum percommodum ad longitudinem, quo-
 gnatione- niam in eo pyxis Nautica non deflectebat.

pen- *Septima HONDII* ad insulas Prom. Viridis ad Occiden-
 det, talem partem inf. S. Iacobi.

idcir- *Octaua BATAVORVM* ad montem insulæ Tenerifæ, *le*
 co no- *pic de Tenerife*: hæc Canariarum vna est.

uem *Nona FRANCORVM* ad Occidentalem partem insulæ
 præci- *Ferri de Ferro*; & hæc opinio meliùs concinit Ptolemaicæ,
 puis qui insulas Fortunatas *les Canaries*, vno gradu remouit à
 opi- primo Meridiano. Itaque Franci ab anno 1634. additi
 nioni- sunt huic opinioni, iubente Lud. XIIII. cùm peritissimos
 bus in hac arte adhibuisset Consultores.

locum Primus hic MERIDIANVS dicitur aliter *la ligne*, linea:
 dedit. quo etiam nomine dicuntur Tropicus Cancræ, & Æqui-
 noctialis. Sic intelliges quod Argonautæ nostri dicunt li-
 citum esse vltra lineam prædas agere, tum enim de Tro-
 pico Cancræ, & primo Meridiano loquuntur.


CAPVT II.

De dimensione totius orbis.

PRÆTERMITTO Græcæ vanitatis exemplum maximum,
 cuius meminit Plinius lib. 2. cap. vltimo, videlicet *Dionysido*
 F ij


rum Geometram post mortem, Terræ *Semidiametrum* esse dimensum, & inuentam esse epistolam ad superos missam in eius pheretro, quâ significabatur à sepulchro ad infimam terram inuenisse se *quadraginta duo millia stadiorum*, ex quâ fabulâ computatum esse terræ circuitum *ducentorum quinquaginta quinque millium stadiorum*. Attingo hîc tantùm præcipuos modos quatuor, & faciliores quibus id verè perfectum est.

PRIMVS MODVS ab Eratosthene excogitatus est ex vmbri Gnomonis, duæque selectæ vrbes Ægypti *Syene & Alexandria*, quæ sub eodem Meridiano credebantur. Syene sub *Tropico Cancrî* sita erat, vbi nullæ vmbre in solstitio æstiuo: vidit ergo Eratosthenes vmbra Alexandrini Gnomonis declinare quinquagesimâ parte quatuor rectorum, hoc est



totius circuli; aliunde nouerat *Syenen* distare ab *Alexandriâ* quinquies mille stadiis, vnde confecit totum orbis ambitum completi *ducenta quinquaginta millia stadiorum*. Legatur Cleomedes cap. 10. lib. 1. & eius enarrator Balforeus, apud quem hæc demonstrata reperies. Maurolycus apud Clauium paulò aliter Eratosthenis hanc methodum proponit.


SECUNDVS MODVS tribuitur *Posidonio*, & ex aspectu siderum depromitur: supposuit *Alexandriam & Rhodum*, sub eodem iacere Meridiano, & dissidere ab se inuicem *quinque stadiorum millibus*. Agnouit igitur *Posidonius* *Canopum* stellam *Rhodi* horizontem radere, *Alexandria* autem assurgere ad quartam signi partem, seu vnam ex 48. in quas caelestis circulus olim diuidebatur, quæ respondet nostris 7. gradibus eum semisse: multiplicauit ergo 5000. per 40. & inuenit in toto orbe 240000. stadiorum.




TERTIVS MODVS ex inclinatione poli tribuitur *Ptolemaeo*: per eam duæ vrbes assumuntur sub eodem Meridiano, quæ ab se

inuicem distent vno gradu eleuatio-
nis polaris, vt *Sidon*, & *Crapacortia*,
seu *Capharnaum*, aliunde notum, duas
has vrbes distidere ab se inuicem
360. stadiis, igitur 360. multiplicen-
tur per 360. reddentur 129600. sta-
dia terrestris ambitus.

QUARTVS MODVS *Maurolyci* Ab-
batis; selegit montem *Ethnam* Si-
cilię quem nouit exurgere *duo millia*
passuum, horizontis verò sensibilis se-



midiametrum
ad *ducenta mil-*
liaria proten-
di. Supponit
ergo lineã D.
A. horizontis
sensibilis esse
200. milliariũ,
qui numerus
ducatur in se-
ipsum vt effi-
ciat quadratũ
D. F. *quadra-*
gies mille mil-
liarium: quod
quadratum æ-
quale est rec-
tãgulo A. G.
I. H. propter-
ea quod rectã-
gulum confe-
ctum ex totã



HYPOTHESIS
MAV-
ROLVCI

secante C. H. & eius productione C. A. in A. G. ducta, est æqua-
lis quadrato supra tangentem D, A. efformato, vt liquet ex prop.
36. lib. 3. Euclidis. Quia autem linea A. G. æquat lineam A. C.
continet *duo milliaria*, diuidatur quadratum D. F. milliarium
40000. per duos, quotiens resultabit *vicies mille milliarium*, à quã

F iij

summâ amoue *duo milliaria* altitudinis Æthnæ quam exhibet linea A. C. ergo linea C. H. quæ diameter est terræ est *decies novies mille nongentorum nonaginta octo milliarium*. Iam ergo multiplicentur 19998. per 22. resultabunt 769. $\frac{4}{5}$. hic numerus diuidatur per 7. nam proportio 7. ad 22. est proportio diametri ad circumferentiam, existent 62850. $\frac{4}{5}$. Igitur ex Maurolyco terræ ambitus est 62850. *milliarium cum aliquot fractionibus*. Ex eâdem Hypothesi satisfacies variis de horizonte quæstionibus, exempli causa.

HORIZON	1800.	Igitur	pe-	37584.	pas-	7516. $\frac{4}{5}$
SENSIBI-	1000.	SVPPONIT	di-	11584.	si-	2316. $\frac{4}{5}$
LIS est	900.	MONTEM	bus	1876.	bus	755. $\frac{1}{5}$
stadiorum	180.	vnde videatur		375.		75.
		ALTVM				

CAPVT III.

Varia opiniones de terræ circuitu.

I. MATHEMATICORVM QVI COÆVI FVERVNT ARISTOTELI.

AD quadringenta millia stadiorum, & in eâ vni gradui cœlesti *stadia mille centum & quatuor* circiter respondent, *Milliaria 138. Lence nostre 69.* & aliquid ampliùs.

II. HIPPARCHI.

Ducenta septuaginta septem millia stadiorum continet. Igitur singulis gradibus assignabat *stadia 769 $\frac{4}{5}$, Milliaria 96 $\frac{4}{5}$, Lencas Francicas 48 $\frac{1}{12}$.*

III. ERATOSTHENIS.

Ducenta quinquaginta duo millia stadiorum, seu vt ait Plinius, trecentis quindecim centena millia passuum. Igitur singulis gradibus adiudicanda 700. *stadia, Milliaria 86. circiter; Lence 43 $\frac{1}{2}$.*

IV. POSIDONII.

Ducenta quadraginta millia stadiorum; igitur in singulis gradi-

Bus *Stadia* 666 $\frac{1}{2}$. *Milliaria* 83. *Leuce nostrates* 41 $\frac{1}{2}$.

V. PTOLEMÆI ET MARINI.

Centum octoginta millia stadiorum : vnde gradus vnus reddit 500. *Stadia*, *Milliaria* 62. *Leucas* 31 $\frac{1}{2}$.

VI. PROCLI.

Centum quadraginta quatuor millia stadiorum; vnus enim gradus apud eum est 400. *Stadiorum*, igitur 48. *Milliarium*, *Leucarum* 24.

VII. ALPHRAGANI ET ARABVM.

Centum sexaginta tria millia, & ducenta stadia, hoc est *Milliaria* 20400. *Leucas nostras* 1020. Igitur singulis gradibus adscribunt *Stadia* 453 $\frac{1}{2}$; *Milliaria* 56 $\frac{2}{3}$; *Leucas Francicas* 28 $\frac{1}{2}$.

VIII. CLAVII ET NAVTARVM.

Centum quinquaginta duo millia, & sexcenta quadraginta *Stadia*, seu *Milliaria* 19080. *Leucas nostras* 9540. Quare gradui vno addicenda *Stadia* 424. *Milliaria* 53. *Leuce* 26 $\frac{1}{2}$.

IX. NOSTRA ET COMMVNIS.

Centum septuaginta duo millia, & octingenta *Stadia*, seu 21600. *passuum millia*, aut *Milliaria*, siue 10800. *Leucas nostrates*; cum supponamus singulis gradibus respondere 30. *Leucas nostrates*, siue *sexaginta Milliaria*, vel *quadringenta octoginta Stadia*, quod demonstramus capite sequenti.

CAPVT IV.

Demonstratur vni gradui maioris circuli terrestris, XXX. Leucas Francicas, vel LX. millia passuum respondere.

TRIBVS modis id probandum suscipimus, de quibus egimus supra, eosque ad praxim hinc reuocauimus.

PRIMVS desumitur ex Eleuatione poli duarum urbium *Abbauille & Caleti* sub eodem Meridiano, quarum illa sub 50. gradu Borealis latitudinis iacet, hæc sub 51. at peritus Geometra ingeniosâ mensurandi ratione, subductis montium valliûmque flexionibus per lineam rectam deprehendit ab se inuicem distare 60. passuum millibus, igitur 60. pas. mil. vel 30. leucæ gradum vnum faciunt.

SECONDVS habetur ex aspectu siderum factâ anno 1636. in prædictis urbibus duarum stellarum obseruatione, *Spica Virginis, & Oculi Gruis*. Spica Virginis visa est *Caleti* 31. gradu cum dimidio supra Horizontem assurgere, *Abbauille* autem ab eodem Mathematico, & iisdem instrumentis 30. gradibus cum dimidio. Item Oculus Gruis *Caleti* horizontem radens, *Abbauille* vno gradu supra illum eminere, ex quibus ritè collecta 30. leucarum ad vnum gradum proportio.

TERTIVS denique trahitur ex methodo *Maurolyci*, & accipit partem editissimam *Montis Calidoberti* ad *Abbauillam*, quæ comparata cum æquore, supra illud ad passus Geometricos 577. exsurgit, indeque in mare Britannicum ad passus 10059. Geometricos prospectus datur, ex quibus ita progredior. Quoniam quadratum horizontis sensibilis est æquale rectangulo contento sub Diametro Terræ, & altitudine montis diuidatur quadratum istud 97303179720. pedum per 577. passus Geometricos existent 6745454 $\frac{1}{2}$ passus, subductis subducendis pro Terræ Diametro. At proportio Diametri ad circumferentiam est vt 7. ad 22. sequitur maximum terræ circulum esse passuum 21600. millium, quæ Leucas Francicas 10800. adæquant; diuidantur ergo 10800. per 360. existent 30. igitur singulis gradibus 360. magni arcus Terrestris Francicæ leucæ 30. commensurantur.

Eò spectant quæ inuenere de 15. Leucis Germanicis Germani, Ar-

Angli & Itali pro 60. passuum millibus, quæ hîc præterimus, & satis est indicasse.

CAPVT V.

Modus inuestigandæ distantia duorum locorum, quorum nota Longitudo atque Latitudo.

OBSE RV ABIS in Geographia positiones locorum per circulum notari solitas, cuius in centro figitur punctum \odot , & in mensuris huius tantum puncti haberi rationem, ac reliqua adiuncta ut turres, & campanilia ornatus duntaxat causâ adhiberi, quod hîc semel debuit significari. Hoc prænotato,

Nulla est difficultas prorsus, quando Globus terrestris ad manum est. Nam pedes circini centris locorum aptandi sunt, quorum distantiam reperire cupis, & illa circini extensio admouenda *Æquatori*, vnde colliges quot gradibus & minutis maximi circuli dissideant inter se loca prædicta. Gradus singulos per 30. Minuta per duo multiplicabis, existet ex eâ multiplicatione leucarum Francicarum numerus. Exempli causa nosse vis quot leucis distet à *Lutetiâ Constantinopolis*, apponis vtrique puncto \odot pedem circini, & extensionem transfers in *Æquatorem* vbi reddit 22. gradus, hos per 30. producis, resultant 660. Igitur totidem leucis distat à *Lutetiâ Constantinopolis*.

Sed quoniam non semper in promptu est Globus Geographicus, idcirco excogitatus est modus, quo etiam in plano id cognosceretur. Eius primus author dicitur fuisse *Franciscus Maurolycus Abbas*, illustratus tamen per R. P. Clauium, & iam omnibus maioribus tabulis appingi solitus; quare huic nouum lumen hoc loco debemus.

Porrò hæc methodus in eo consistit, quòd situm locorum in plano reuocet ad circula rem, ac proinde omnes partes globi nobis repræsentare queat.

Circulum ergo duces à centro A, quem accuratè diuides in 360. partes seu gradus, cuius diameter erit C. A. D. duæ vrbes seligentur quarum noris situm.

HIEROSOLYMA { Lati- 32. } Longi- 72. } Differentia }
 AMSTELODAMVM. { tudo. 52. } tudo. 30. } longitudinis. } 42.

G


Assumo longitudinis differentiam 42. quam exprimo lineâ ductâ à 42. gradu diuisionis circuli ad eius centrum A hoc est per rectam A. B. super quam, latitudinem 52. demitto ad angulos rectos, procedendo à puncto B. ad punctum F. ex quo linea F. E. cadet ad perpendicularum in lineam B. A hæc enim repræsentat latitudinem *Amstelodami*, siquidem à puncto B. ad punctum F. 52. Gradus inueniuntur in circulo. Exinde supra Diametrum C. A. L. deiicio aliam perpendicularem G. H. quæ mihi exhibet latitudinem *Hierosolymitanam*. Nam à puncto C. ad H. in circulo, 32. numerantur gradus. His ita dispositis ab E. ad G. lineam duco, super quam duas excito perpendiculares G. K. æqualem G. H. & E. I. similem E. F. quas coniungo per lineam I. K. quæ erit linea distantia duarum illarum urbium in circulo. Hanc ergo distantiam I. K. offero circulo in F. D. & video exhibere mihi 36. Gradus; Multiplico illos per 30. reddunt mihi 1080. totidem ergo Leucis Francicis ab *Hierosolyma Amstelodamum* distat Quod verum est quamquam differentia longitudinum esset maior 90. Gradibus, licet aliqui perperam reclamant.

Tamen in vno casu leuiter hæc praxis immutanda est. Nempe si loca proposita diuersæ latitudinis essent, vnum *Borealis*, alterum *Austrina*. Tunc enim iis quæ supra, seruatis, lineæ G. K. & E. I. in oppositas partes distrahendæ essent: vt ex aliâ figurâ liquet, quâ distantia Londini, & Promontorij bonæ Spei inuestigantur.

LONDINVM	{	Latitud.	{	52.	{	Lon-	{	25.	{	Differentia	} 25.
		Borealis.				gitu-				} longitu-	
CAPVT BO-	{	Latitud.	{	35.	{	do.	{	50.	{	dinis.	
NÆ SPEI.		Austrinæ.								} 25.	

Ducta enim linea à puncto I. ad K. Æquatorem secans, & applicata circulo, tibi dabit 89. Gradus, qui per 30. crescentes, 2670. Leucas Francicas efficient.

Eius porrò Methodi ratio est; quia per illam modus excogitatus est, quo verus Æquator vtriusque loci reperiretur, ad quem excitatæ eleuationes polares, ex naturâ suâ arrectæ, affliguntur ad planum, seu iacentes pinguntur. At quoad distantiam nihil interest, quo in situ sint duæ perpendiculares, dummodo à se inuicem distent æqualiter. Quoniam ambæ tantum mouentur in orbem, & supra centrum. At motus æqualis duarum linearum supra centra æqualiter distantia, linearum extrema æqualiter à se



Inter
pag. 50. et 51.

inuicem distare facit. Quæ manifesta sunt diligentius figuram in-
tuenti.

Denique ad computi facilitatem cum id semper fiat per trigin-
ta, multiplicabis semper per 3. & numero resultanti addes notam
Arithmeticam 0. Ut nosse vis quantus sit terræ ambitus 360. mul-
tiplicas per 3. dantur tibi 1080. adde 0. fient 10800. tot ergo
Leucas Francicas orbis ambitus complectitur.

CAPVT VI.

De Mensuris Geographicis.

AGIMVS hîc tantum de mensuris quarum meminere Geo-
graphi, aut quæ ab iis supponuntur.

§. I. De Mensuris antiquis Græcorum.

EXPRESSÆ sunt his versiculis technicis.

Quattuor ex digitis constabat Græca Paleste
Illater in Spithame: iusto quater in Pede: Senos
Fert Orgia pedes: Pelethro centesimus est pes:
Aruus dimidium est: Stadiumque coerces Achium
Sexcentos: Stadia Assyriis ignota Pharoque
Triginta antiquis Parasanga, & Schœnus habebant.

PALESTE Παλεστή, aliter δῶρον & δοχμή & δακτυλοδοχμή, quod
quatuor digitos coherentes exhiberet, ait Iul. Pollux, à Latinis
vertitur *palmus paruus*. Observabis hîc etiam Palestem fuisse du-
plicem, *minorem* de quâ agimus, *maorem* quæ cum sequenti Spi-
thame confunditur, quod fecit Plinius.

SPITHAME, σπιθαμή mensura à pollice ad auricularum digi-
tum ὅτι τὸ σπιθαμῶν τὸ δακτύλος, & 12. digitos continebat,
quare optimè vertetur Latine *dodrans*, aliquando vertitur *pedalis*,
aliquando *Semipedalis*.

PES Πούς, Herodoto lib. 2. quatuor palestiarum est, igitur sede-
cim digitos continebat: erat autem paulò maior pede Romano.

ORGIA ὄργια, Latine *ulna*, ὅτι τὸ ὀρέγειν τὰ γῆα, ab *extenden-*
dis brachiis: continebat 6. pedes, seu 4. cubitos: duplex autem
orgia, vna *διγῆα* iusta dicta, altera *maior* 10. pedum cuius meminit
Theophrastus.

52 DE ELEMENTIS EX GEOMETRIA,

PLETHRUM, vel PELETHRUM πλεθρόν, vel πελεθρόν, Latinis *ingerum*, 100. pedes continebat.

ARVVS ἀρῦρα 50. pedes. Hanc mensuram aliqui ad 100. cubitos extendunt.

STADIUM στάδιον Græcorum proprium ab Hercule pedibus suis in Olympico Campo metatum pedum secentum fuit. Si Stadium duplicaretur dicebatur DIAVLOS, quod bis in eodem loco discurrentes apparent: si *Dianlos* duplicaretur appellabatur DOLICHOS.

PARASANGA mensura Persica, immo & Ægyptiaca Herodoto teste 30. Stadiorum: eidem Herodoto lib. 2. & 5. & Xenophonti 2. Anabases. Fuisse tamen variam hanc mensuram intelligitur ex Plinio lib. 6. cap. 26.

SCHOENVUS χοῖνος *Funis* à iuncò ex quo conficiebatur, de cuius extensione triplex opinio. *Prima*, Ptolemæi, Plinij, Artemidori, Strabonis, triginta Stadiorum. *Secunda*, Plinij qui sui parum memor cap. 14. lib. 12. tribuit quadraginta stadia Schæno, notatque id ex Eratosthene depromptum esse: quamquam ibidem obseruet nonnullos ad 32. contrahere, mendosè pro 30. *Tertia* denique est Herodoti lib. 2. ubi tribuit Schæno 60. Stadia, quæ Hermogenis fuisse etiam perhibetur. Has omnes opiniones conciliare videtur Strabò lib. 17. cùm ex Artemidoro notat variam fuisse mensuram Schæni; & ab vrbe *Peluso* ad *Memphim*, continere 30. Stadia, à *Memphi* *Thebaidem* vsque centum & viginti, à *Thebaidè* *Syenen* vsque sexaginta: immo se expertum esse alicubi 40. Stadiorum esse.

§. 2. De Romanis mensuris.

HAS quoque in hæc carmina technica coniecere Geometrarum.

Quatuor ex granis Digitus componitur unus:

Est quater in Palmo digitus: quater in Pede palmus:

Quinque pedes Passum faciunt: passus quoque centum

Viginti quinque Stadium dant: at miliare

Octo dabunt Stadia: duplicatum dat tibi Leucam.

DIGITVS minima agrestium mensurarum Frontino, hoc est quæ mensores utebantur, continet quatuor hordei grana $\chi\tau'$ τὸ μῆκος disposita.

VNCIA maior erat digito, & pars pedis duodecima, cuius vsus in Apulia, ait Frontinus, cum reliqua Italia pedem in 16. digitos diuideret: respondet ergo Vncia Pollici Francico.

PALMVS digitos 4. continebat, ideoque dicebatur *quadrans*.

PES sedecim digitorum vel vnciarum 12. Reperio pedem Romanum antiquum esse 5. lineis Parisinis minorem pede Parisino.

CVBITVS continet pedem cum semisse, hoc est *ab extremo medio digito ad brachij flexionem*.

PASSVS est *diuarcatio pedum inter ambulandum*: & apud antiquos diuidebatur in minorem & maiorem. Minor pedes duos continebat cum semisse, & dicebatur *Gressus*. Maior minorem duplicabat, & appellabatur *Geometricus*, & *Passus simpliciter* dictus. Postea vero diuisus est passus eo modo.

PAS.	SIMPLEX	1. differentia	<i>Duorum pedum.</i>
		2. differentia	<i>Duorum pedum cum semisse.</i>
		3. differentia	<i>Trium pedum, seu Gallicus.</i>
SVS	DVPLEX	1. differentia	<i>Quatuor pedum.</i>
		2. differentia	<i>Quinque pedum, seu Geometricus.</i>
		3. differentia	<i>Sex pedum.</i>

PERTICA ab Isidoro lib. 15. Orig. cap. 15. est duorum passuum seu pedum decem, & à *portando* hanc frigidè more suo deducit. Respondere videtur *Calamo*, cuius meminit Scriptura.

STADIUM passuum Geometricorum 125. seu pedum 625. Plinio, Columellæ, Iulio Frontino. Cur autem additi 25. pedes Romani ad 600. Græcos rationem reddit Bergerius; quoniam Pes Romanus minor erat Græco, ac proinde vt Stadium Rom. adæquaretur Græco 25. pedes supra 600. addendi fuere.

MILLIARE seu Milliarium dicitur à mille passibus Geometricis. Quot autem Stadia respondeant Milliari triplex opinio. *Prima* Polybij apud Strabonem 7. Geogr. qui ait octo Stadia reddere tantum nongentos sexaginta passus: qui singulis stadiis dat tantum more Græco 600. pedes. *Secunda* Plutarchi in Camillo, septem Stadia cum dimidio æquare Milliare Romanum. Idem & sentiunt Suidas, Phocius, & Græculi omnes. *Tertia* est Romanorum omnium scriptorum, & Romani ipsius Imperij, quando fixi sunt lapides Milliares, vnde fluxere locutiones ad *primum*, *secundum*, &c. *lapidem*, hoc enim spatium octo Stadiis definitur.

Et in eam opinionem sæpè etiam delabuntur imprudentes Polybius, & Plutarchus.

De LEUCA dicemus Paragrapho quarto huius capituli.

§. 3. De Itinerariis Mensuris.

I- T E R M A- R I- T I- M V M	V E- T E- R V M	HERO- D O T O	{ Orgiæ septuagies mille interdiu, noctur sexagies mille, hoc est de die Stadia conficiuntur 700. seu Milliaria Rom. 84. Nocte 600. Stadia, seu Mill. 72.	
		P O L Y- B I V S	{ Negat apud Strabonem vno die bis mille Stadia percurri, seu 240. mil. pas- suum.	
		A R I S- T I D E S	{ <i>Επιφορά άνέμα</i> mille & 200. Stadia de- curri putabat, hoc est mil. 144.	
		M A R I- N V S	{ Apud Ptolem. mille Stadia vno die confici arbitrat, hoc est 120. mil pas.	
		S T R A- B O	{ Vno die & nocte, seu <i>νυχθημέρα</i> mille Stadia peruolari credit.	
		S C Y- L A X	{ <i>Νυχθημέρα</i> iter comparat cum itinere trium dierum, at iter trium dierum non promouet vltra 108. millia passuum.	
		RECEN- T I O- R V M.	{ <i>Arabes</i> centum millia passuum vno die, fortè 145. millia passuum. <i>Nauis</i> nostris singulis horis singula Germani- ca milliaria. Vbi tamen ventus <i>Επιφορά ταιος</i> quotidie 60. Germanicæ Leucæ decurruntur. <i>In Mediterraneo</i> singulis horis 16. milliaria per- uolant, sed naus hunc cursum tenere diu non potest sine periculo hiatus.	
		I- T E R		{ S T R A B O libro 1 ^o innuere videtur iter vnus diei esse 333. Stadiorum, seu viginti Leucarum, aut certè 250. Stadiorum, hoc est 15. Leucarum. Libro autem 7. Sta- dia 310. vno die decurri ait, ergo 37. millia passuum.
				{ H E R O D O T V S lib. 4 ^o ducentorum Stadiorum hoc est 12. Leucarum nostrarum: quod etiam aiunt Polybius & Lilius. lib. 5 ^o . Stadiorum 150. scilicet Itinere per

PEDES- } Ciliciam, hoc est aliquid supra 9. Leucas nostras: cui
 opiniononi subscribit etiam Xenophon. Eodem lib. 5^o de
 viâ per Armeniam 120. Stadia, hoc est Leucæ 7. cum
 dimidia.

TRE. } PROCOPIVS lib. 1^o rerum Goth. centum millia
 passuum, hoc est ab vrbe Rauennâ ad Tyrrhenum mare
 esse octo dierum viam ἐξ ἑνὸς ἀνδρῶν expedito viro, at
 quam parùm expeditus vir ille qui quotidie duodecim
 millia passuum, atque quingentos decurreret passus.

De recentiori Itinere pedestri dicemus ad finem §. 4.

ITER } ROMANI vulgò 20. millia passuum emetiebantur:
 Claudius Drusus Nero 33. millia passuum.

MI- } ALEXANDER ad compescendam rebellionem Areo-
 LI- } rum duobus diebus 600. Stadia peruolauit, hoc est sin-
 TA- } gulis diebus 72. millia passuum. Nunc propter bellicum
 RE. } apparatus, & tormenta bellica vix 10. millia passuum
 exercitus conficit.

§. 4. De Leucis variarum Gentium.

GALLICÆ à Francicis distinguendæ sunt: nam *Gallica*, *Leuca* propriè dicta vt vult S. Hieron. apud auctores finium regundorum *Leuca* milliario vno cum dimidio desiniebatur, vt ex Am. Marcell. & Iornande constat: *Francica* duobus passuum millibus æquatur, vt doctè probat Bergerius, sicque triginta Gradum vnum cælestem complent. Notabis tamen versus Parisios *Francicam* eandem esse cum *Gallica*, hoc est 1500. pass. In Delphinatu, Prouinciâ, Oxitaniâ, Pietauio, Lemouicio, Armoricâ ad 3000. porrigi: in Vasconiâ ferè 4000. complecti: in Picardiâ, Campaniâ, Burgundiâ, Magnâ Belsiâ, &c. 2000. passuum, pro Leucâ retineri.

HISPANICÆ 4. millia passuum continere dicuntur à scriptoribus Hispanis, sed aliquid deesse docent Hispani Arabes, qui pro vno gradu non reddunt 15. Leucas, sed 17. cum dimidiâ. Catalaunicarum tamen 20. vnum gradum reddunt.

BRITANNICÆ vulgò Anglicæ, vel sunt maiores, vel communes, vel minores. *Maiores* 27. $\frac{1}{2}$. *Communes* 50. *Minores* 60. vnum gradum reddunt. SCOTICÆ sunt paulò Anglicis maiores

nam earum 10. Anglicas 12. adæquant. HIBERNICÆ communes, communibus Anglicis maiores sunt, illarum enim 45. vnum gradum efficiunt.

BELGICÆ tempore Guicciardini vbi Flandricum idioma vigeat 3. pass. millia continebant, in *Lucemburgo* paulò maiores: in *Gueldria* Lucemburgicis item maiores: in *Frisia* Germanicis pares: in *Artesiâ & Hannonia* Francicis. Nunc autem vbi Hispani rerum potiuntur Hispanicæ sunt, nisi in *Artesiâ & Hannoniâ* Francicæ: vbi Bataui dominantur à *Germanicis* non differunt.

GERMANICÆ antiquæ dictæ *Rasæ* tres milliarios continebant Hieronymo teste. Nunc in paruas, communes seu mediocres, & maximas diuiduntur. *Maxima* aliter *Saxonica* decies replicata Gradum vnum efficit: *Communis* decies quinquies, *Parua* Germanicæ antiquæ æquatur. Alij tamen aiunt 10. maiores Gradum vnum reddere, communes 12. paruas quindecim. *Communes* iterum variæ pro varietate regionum. *Hæstica* octauâ parte sui Germanicâ mediocri grandior: *Sex Austriacæ*, Francicas octo reddunt. *Rheticarum & Sueuicarum* 8. vnum Gradum conficiunt Phil. Clueterio. *Hungaricas* 14. vnus Gradus flagitat. *Polonicæ* Germanicis communibus sunt pares.

SVEVICÆ seu Scandicæ quibus vtuntur *Sueci*, & *Noruegi* Saxonice similes sunt, & earum 10. vnum Gradum conficiunt. *Dani* autem Communibus Germanicis vtuntur.

RUSSICÆ seu Moschicæ dicuntur patriâ linguâ *Vorest*, & earum 80. Gradui vni respondent.

GRÆCI ET TVRCI atate nostra *Leucâ* vtuntur Italico Milliari simili, vt colligitur ex *Leunclauio* & *Busbequio*. *Bulgari* autem habent maiorem, nam apud eos *Leucæ* 10. Italicæ Milliarum 40. conficiunt.

ARABES vtuntur triplici mensura. *Prima* dicitur duodecies mille cubitos continere, cubitus est 24. digitorum, digitus 6. granorum hordei χ $\pi\lambda\acute{\alpha}\tau\omicron\varsigma$, & mensuræ illius 25. Gradum vnum æquant. *Secunda* 6000. pedes aut 4000. cubitos nostrates continet, & illius mensuræ 56. ex accuratis obseruationibus reddunt vnum gradum cælestem. *Tertia* est eorum qui Arabiam incolunt, dicitur apud eos 10 M, & tres *Farsangas* seu nouem passuum millia dicitur continere.

IYDÆI per Orientem sparsi hodie per *Stationes Farsangas Milliarum*

liaria & cubitos locorum interualla metiuntur. Stationem seu vnius diei iter nouem Leucis Francicis cum ; definiunt, seu stadiis 150. *Farsangæ* seu *Parasangæ* 4. milliaria continent; *Milliare* 2000. cubitos: *Cubitus vulgaris* palmos quinque, *Maximus* decem palmos, seu digitos 40. *Digitus* verò eorum vel est *vulgaris*, communis omnibus gentibus, vel *Magnus* quo omnia in lege metiuntur, estque *Pollex* in manu.

PERSÆ vt & omnes **MAVR**I Asiatici numerant per *Farsangas*, & earum singulæ tria Italica milliaria complectuntur.

INDI, vt aiunt Persæ, tantum per dies itinera sua metiuntur. Attamen Geographus Nubiensis tribuit eis certam mensuram, quarum centum vnum Gradum conficiunt, & illam interpretes Maronitæ, *Milliare* vocant.

MOGORES distantias vocant *Cosas*, quarum duæ Leucam Barauicam reddunt, & earum 30. Gradum vnum explent.

SINÆ triplici vtuntur mensurâ ex *Maphæo* lib. 6. minima dicitur **LI**. estque interuallum ad quod vox hominis extendi potest, in planitie, puro cælo, videlicet ad 300. passus Geometricos. Decem *li* faciunt vnum **PV**, quod Catalaunicæ Leucæ respondet quarum 20. vnum Gradum reddunt. *Pu* autem 10. faciunt iter vnius diei vulgò **YCHAN** circiter 15. millium passuum.

TARTARI & nostri **CANADENSES**, per dies sua Itinera dimetiuntur. Certè vt de aliis taceam Americani illi Boreales à Francis interrogati quantum duo loca inter se dissideant, respondere solent vno, aut pluribus diebus; idque exprimunt patriâ voce, quæ *interuallum Solis Orientis & Occidentis* significet, quod spatium 15. Leucas Francicas videtur continere, aut vt alij malunt, tredecim, pro Itinerum difficultate.


HORARIÆ LEUCÆ sæpe in tabulis Geographicis adnotantur: illæ tamen de se inæquales sunt, has enim populi robustiores, aut delicatiores dilatant, aut constringunt. Definitur autem Leuca horaria, spatium quod expeditus pedes decurrit. Itaque *Franci* Leucam vnam suam vnâ horâ dimetiuntur: *Angli* duas *Communes*, sunt enim expeditissimi; *Germani* dimidiam *Communem*, seu antiquam Germanicam: *Sueci* & maximè *Lappones* Suecicam seu Scandicam: *Russi* denique quatuor è suis *Vorst*.

Hæc incertiora; illud certius. Astronomos 20. horarias Leucas vni gradui tribuere, atque sic intelligendas tabulas Geographicas quæ illiusmodi epigraphen in scalâ milliariam præferunt.

Proponuntur aliquot praxes ἐκ τῆς μηχανικῆς Γεωμετρίας.

PROBLEMA PRIMVM.

Datam lineam rectam secare bifariam.





IN extremis A. B. defigatur pes circini, ducanturque portiones circularum, quæ inter se complicantur in C. & D. linea nodos illos diffecans lineam oblatam in duas partes æquales diuidet.

PROBLEMA II.

In linea ad punctum oblatum excitare aliam ad perpendiculum.

SI in mediâ lineâ A. B. proponatur punctus C. querenda erunt duo centra æqualiter distantia ab C. ex quibus portiones circularum sese interfecabunt. Si verò in extremâ lineâ assignaretur is punctus v. g. in B. eligatur ad libitum punctus F. ex quo circulus ducatur B. G. H. tum obseruetur vbi circulus ille oblatam lineam attingat, videlicet in G. vnde ducatur alia lineâ quæ attingat punctum F. vbi secabit lineam in H. nodus erit, vnde lineam H. B. demittes ad perpendiculum.






PROBLEMA III.

Ex puncto dato extra lineam, in eandem demittere perpendicularem.

PROPONITVR linea A. B. in quam deiicienda linea ad perpendiculum ex puncto C. Extendatur pes circini ex puncto C. in F. & E. atque ex duabus illis sectionibus ducantur circulorum partes quæ coeant in C. & D. ex duobus illis nodis ducta linea recta cadet in A. B.

PROBLEMA IV.


Lineam alteri lineæ ducere parallelam.



OFFERTVR linea A. B. in eâ sumantur ad libitum centra, & ad distantiam quæsitam ducantur semicirculi duo æquales C. D. lineæque extendatur quæ utramque superficiem stringat nempe E. F. ea erit parallela linea A. B.


PROBLEMA V.

Lineam datam in partes quæsitas secare.



OFFERTVR linea A. B. diuidenda in quinque partes æquales: ei subiicitur, aut supponitur altera perpendicularis C. D. in qua sumantur sex partes æquales ad libitum; tùm à parte C. ducatur linea per extremam lineam A. & à parte D. per extremam B. illæ coalescent in centro E. ab hoc centro ducantur lineæ in diuisiones lineæ C. D. suppositam A. B. in quinque partes æquales secabunt.

H ij



PROBLEMA VI.

Circuli propositi centrum inuenire.

Duc quam voles lineam A. B. quam fecā bifariam in nodis C. D. per quos duces lineam G. H. quam iterum diuides per nodos E. F. sectio linearum G. H. & E. F. dabit tibi quæsitum centrum.

PROBLEMA VII.


Super datis tribus punctis circulum ducere qui singulos stringat.

PROPONUNTUR tria puncta A. B. C. ex A. & B. fiant duo nodi D. & E. iterum ex B. & C. alij duo in F. & G. tum à nodo D. in E. ducatur linea, & alia ex F. in G. ubi se fecabunt nempe in H. erit centrum circuli tria puncta contingentis.



PROBLEMA VIII.

Figuram oualem communem seu cylindricam super datâ lineâ ducere.



Ea linea sit A. B. diuidatur in tres partes C. D. B. & à punctis D. & C. ducantur circuli sese inuicem contingentes in E. & E. tum accipiatur diameter vna, ex his circulis, & ex punctis E. & F. ducantur por-

tionem circulorum G. H. & I. L. his portionibus figura oualis accuratè perficietur.

PROBLEMA IX.

Quamlibet portionem circuli, seu Ellipseos ex tribus punctis assignatis ducere mechanicè.

DVAS regulas accipe in nodo iunctas, qualis est Circini caput, & vtriusque pedis per incastrationem commissura, easque sic extende, vt puncta extrema proposita tangant: deinde ita diuari-centur illæ compactiles Regulæ, vt earum nodus punctum medium assignatum premat: circumuoluatur huius instrumenti nodus, quod describet, erit portio circuli, aut Ellipseos quæsitæ.

PROBLEMA X.


Circulum in quatuor quadrantes æquales diuidere.

DVCANTVR perpendiculares duæ, quæ sese in centro circuli dissecant, seu Diameter per aliam Diametrum ad angulos rectos diuidatur.

PROBLEMA XI.

Circulum in 36. aut 360. partes diuidere.

DIVIDATUR primò Circulus in quadrantes A. B. C. D. per superiorem partem, & vni quadranti v. g. A. C. applicetur semidiameter, seu extensio circini quâ ducta est circumferentia; illa extensio dat tibi 60. partes, quod superest ex quadrante ab E. ad A. diuide in tres partes si tantum optas 36. partes circuli, in 30. si 360. indigueris, & earum vnã partem aut trigiesies sexies, aut trecenties sexagies replica.



LIBER QVARTVS.

*De principiis Geographia ex Optica petitis, seu de
tabulis Geographicis.*

CAPVT PRIMVM.

*Proponuntur aliquot Opticæ principia ad delineandas
Tabulas necessaria.*

CVM Perspectiua sit ars obiecti visibilis repræsentandi prout
apparet, primam eius notionem dat Cristallus interposita in-
ter oculum, & obiectum depingendum. Enimuerò lineæ ab ob-
iecto in oculum emissæ hanc cristallum secant, sed vario modo,
quatenus obiectum ab oculo remouetur, aut ad illum admouetur.

Hinc orta est triplex repræsentandi ratio: *Stereographia* in quâ
oculus obiectum attingere supponitur: *Orthographia* quâ in infini-
tum remouetur: *Scenographia* denique quâ in mediocri distantia
collocatur, & quâ vulgò pictores vti solent.

Reiiciuntur ferè à Geographicis *Orthographia*, & *Scenographia*, tum
quâ obiectum repræsentant per Ellipses, quæ difficiliter ducun-
tur, tum quia in extremis partibus obiectum sic restringunt (&
potissimum *Orthographia*) vt omnem delineationis Geographica
rationem corrumpant, aut deturpent. Itaque solam Geographi
Stereographiam sibi reseruarunt, quæ ex nominis etymo solida cor-
pora repræsentat, *æpe* enim *solidum* sonat.

Huius autem *Stereographiæ* tibi aliquot principia suggero, se-
cundùm quæ Tabulæ Geographicae exarantur.

PRIMVM. *Quidquid videtur in Sphæra, vel est linea recta, vel
Circulus.*

SECVDVM. *Omnis linea recta in projectione visa representatur
per lineam rectam.*

TERTIVM. *Omnis Circulus, vel aspicitur ad perpendicularum, vel dire-
ctè, vel obliquè.*

QUARTVM. *Circulus ad perpendicularum visus representatur per lineam rectam utrinque infinitam.*

QVINTVM. *Circulus directè visus depingitur per circulum cuius centrum idem est cum apparente, & partes Circuli, quem primitiuum vocant, in proiectione representantur per partes inclusas Angulis equalibus iis, qui includebant partes primitiuas.*


SEXTVM. *Circulus visus obliquè describitur per Circulum, cuius centrum verum non est idem cum apparente.*

Quæ Axiomata ex sequentibus quatuor propositionibus lucis aliquid accipient.

PROBLEMA PRIMVM.

Proiectionem lineæ oblatae inuenire.


In circulo A. B. C. D. obiicitur tibi lineæ E. F. cuius inuenienda proiectione in plano I. L. Ducatur lineæ à puncto A. per E. & producatæ donec secet planum I. L. illud attinget in G. Item protrahatur alia lineæ ab A. per F. illud idem planum secabit in H. igitur proiectione lineæ E. F. in plano I. L. est G. H.



PROBLEMA SECVNDVM.

DIVIDATUR Circulus A. B. C. D. E. F. G. in totidem partes quot literæ, eiusque proiectione in plano I. L. quæratæ. Ducantur à puncto A. ad omnes illas partes lineæ: lineæ I. L. se-


Quæ in suas partes dat Circuli projectionem; I. M. N. O. P. L. partes sectas circuli.



PROBLEMA TERTIVM.

Circuli directe visi projectionem inuenire, & eum secare in projectione, quemadmodum in primitiuo diuiditur.

IN Sphæra A. B. C. D. proponitur Circulus E. F. G. H. cuius projectio inuestiganda: per eiusdem Sphærae centrum ducatur recta I. L. quæ planum representet, in quo inuenienda projectio: tum super extrema oblata circuli E. G. ducantur lineæ duæ ex A. ubi secabunt planum I. L. videlicet in M. N. erit projectio Circuli propositi. Si autem diuisus esset Circulus exempli causâ in sex partes, lineæ per partes Diametri E. G. à puncto A. protractæ lineam M. N. secundùm projectionem diuiderent.




PRO-

PROBLEMA QUARTVM.

Circuli obliquè visi projectionem inuenire.

PROPONITVR in Spharâ A. B. C. D. Circulus E. F. G. H. obliquè visus, & eius projectio in plano I. L. quæritur: oblati Circuli ducatur Diameter E. G. per cuius extrema ex puncto A. trahantur duæ rectæ quæ planum I. L. Secent in M. & N. dico M. & N. esse Diametrum projectionis in plano circuli obliquè visi.



CAPVT II.

Descriptio veteris orbis per Spharam mobilem.


DUCATUR linea A. B. eaque secetur in partes 131. cum 20. minutis aut 130. nihili enim aut parui ad praxim referet. In eâ lineâ à puncto B. sepone 52. partes, dabitur parallelus per *Thylen* C. D. quem duces à centro B. Iterum ab eodem puncto B. sume 79. habebis parallelum *Rhodiensem*. Tertiò aufer 115. vt *Æquatore* ducas. Extremum denique lineæ seu punctum A. parallelus *Antimeroen* perstringet, cui æqualiter distitum alium duces supra *Æquatore* qui parallelum per *Meroen* representabit.

Iam pro longitudine, siue vt Circulos illos coërceas per Meridia-

nos; in *Rhodiensi* parallelo quatuor partes prædictæ lineæ assume, qui Gradibus quinque primi Circuli maximi respōdent, quoniam sesquiquarta est proportio *Equatoris* ad *Rhodiensem*. Et ne tabulam confundas, accipe 12. partes vt decimum quintum describas, & extensionem illam 12. partium applica sexies *Rhodiensi* parallelo ab utrâque parte lineæ A. B. hæc replicatio finietur in E. & F. iam ex centro B. ad E. & F. rectas trahe, secabunt seu restringent *Equatorem* in H. & G. & à parte Boreali tori Tabulæ limites præfigent. Eodem modo reliquos depinges Meridianos ductis lineis à puncto B. ad punctos in *Rhodiensi* parallelo notatos. In parte autem Australi inflexionem sic inuenies. Accipe diuisiones Meridiani per *Meroen* M. N. & eas applica parallelo per *Antimeroen* I. L. ab vtraque parte Meridiani A. B. tum ex *Equatoris* diuisionibus duc lineas ad illas diuisiones, quæ partis Australis Meridianos delineabunt.

Cur autem assumatur illa lineæ diuisa in 130. partes potiùs quàm in plures rationem habes petitam ex proportione 115. partium *Equatoris* ad 52. paralleli per *Thylen* diligenter expensam apud Antonium Maginum in primam partem cap. vltimi libri primi Geographiæ Ptolemaicæ contra Ioannem Velferum, qui carpere Ptolemæum, in hâc methodo imprudenter ausus erat.






Descriptio veteris orbis per Sphæram stantem.

LINEA A. B. quæ medij Meridiani seu nonagesimi fungitur vice, diuidatur in 181. partes cum minutis 50. aut simplicius in 180. Cur autem is numerus electus sit à Ptolemæo demonstrat Antonius Maginus contra Velferum, & per methodum subtentarum Ptolemæicarum, & per doctrinam triangulorum planorum. Tu illum consule ad posteriorem partem vltimi capituli libri primi Geographiæ Ptolemæicæ.

Tum inueniendi paralleli tres *Thylensis*, *Syennensis*, *Antimeroensis*, vt in his tria puncta notentur, per quæ Ellipses ducentur quibus notabuntur Meridiani. In linea B. A. ex puncto A. accipe sedecim partes cum vnâ secundâ, & duodecimâ, hoc est 45. minuta, *Æquatore* habebis; vt in puncto A. *Antimeroensem* parallelum. Iam ex Ptolemæi mente *Syennensis* distat ab *Æquatore* Gradibus 23. cum minutis 50. *Thylensis* 63. eas partes se pone in linea A. B. & ex puncto B. ad illa puncta circulos seu parallelos circūducito.

In his porrò sic inueniendi Meridiani. *Thylensis* habet proportionem ad *Æquatore* seu maximum circulum qualem duo cum 15. minutis ad quinque; accipe duas partes cum minutis quindecim ex partibus lineæ A. B. seu vt quintum & decimum quemque tantum adnotes, sex partes cum minutis quadraginta quinque, & ab vtrâque parte lineæ A. B. super hunc parallelum sexies ducito. In parallelo per *Syenen* 13. partes cum scrupulis quadraginta quinque, in *Antimeroënsi* gradus quatuordecim cum minutis triginta, quia *Syennensis* proportionem habet ad *Æquatore*, vt quatuor cum minutis quinquaginta, ad quinque; *Antimeroënsis* vt quatuor cum minutis quinquaginta, ad quinque. Itaque per puncta in his tribus parallelis notata tuas Ellipses pertrahes, quæ tibi Meridianos repræsentabunt.

Per eam methodum nonnulli Asiam nobis & Americam, & Africam repræsentant, sicut Europam per superiorem, sed satius est ad inferiores recurrere, vt pote certiores, & figuram orbis melius depingentes ex Opticæ principiis.



CAPVT IV.


*Ratio depingendi Hemisphærij Geographici oculo constituto
in interfectione Coluri & Æquatoris.*

DVCATVR Circulus A. B. C. D. & decussentur duæ lineæ A. B. & C. D. tum quadrantes singuli diuidantur in partes decem, vel certè sex vt quintus & decimus quisque notetur tam *Parallelus* quàm *Meridianus*. Iam ex puncto D. ad partes quadrantis C. B. ducantur occultæ lineæ quæ projectionem exhibeant E. F. G. H. I. Illæ secabunt lineam A. B. in L. M. N. O. iuxta debitam projectionem ex principiis Opticæ; quæ projectio postea transferetur in quadrantes B. D. D. A. & A. C. Porrò in lineâ D. C. quæ *Æquatorem* exhibet ad puncta notata ducetur Meridiani duodecim in vtroque Polo coeuntes, Paralleli verò seu gradus latitudinis in lineâ B. C. eiusque partibus, & præterea gradibus vtriusque quadrantis vicini, exempli causa K. E.

Iam verò *Tropici*, & *Circuli polares* eadem inuenientur viâ. Nam à puncto B. versus C. notantur 23. gradus cum dimidio in ϵ . & totidem à puncto C. versus B. in ζ . quod etiam præstabitur in alio semicirculo Boreali in η . β . & K. P. ductis eodem modo Circulis quo descripti sunt latitudinis Paralleli.

Eccliptica autem pingenda videtur ex principiis Opticæ per lineam γ . ζ . quæ in sex distribuatur signa hoc modo. Semicirculum γ . ζ . in sex partes diuide, & ad singulas diuisiones Q. R. S. T. V. duc lineas à puncto P. Illæ notabunt signa in Ecclipticâ Q. H. R. γ . S. ν . T. X. V. ω . & in extremâ Ecclipticâ quæ per Colurum Solstitiorum secatur ϑ . & ρ . appinges.

Illius porrò figuræ creditur auctor Gemma Frisius; tamen ab eruditissimis meliùs tribuitur Arzaëli cuidam Arabi. Antea improbabatur, sed cum eâ vsus esset Gerardus Mercator in suo Atlante, in precio esse cœpit, & paucæ nunc reperiuntur Tabulæ orbem totum representantes, quæ illam non sequantur.



CAPVT V.

Ratio delineandi Hemisphaerij Geographici oculo in alterutro Polorum constituto.

CIRCVLVM A. B. C. D. in quatuor quadrantes diuide, & singulos, vt supra, in sex partes. Tum ex puncto A. in partes quadrantis B. C. aut alterius vt voles lineas deducito quibus projectionem latitudinis inuenies: hæc tibi in lineâ C. K. exprimetur: singulas notas seu puncta ex centro K. in Circulos circumducito, reddent tibi parallelos.

Meridiani autem cum videantur recti ex centro K. ad omnes circuli partes sparguntur.


Tropicum autem, & *Polarem circulum* iuxta superiorem methodum inuenies quaerendo 23. gradus cum dimidio, & totidem pro *Tropico* ab *Aequatore*, quorum projectiones quæres ex diuisione quadrantis.

Superest *Eccliptica* ducenda, & in sex signa distribuenda per puncta A. N. B. Circulum deducito, qui tibi dimidium *Ecclipticæ* dabit, in quâ vt sex signa depingas quadrantem D. B. In tres partes dissecas, ad quas ex puncto C. lineas occultas demitte, & videbis in quibus punctis lineam K. B. secabunt: nempe in L. & M. Iterum ex puncto E. duces duas lineas per puncta L. & M. & obseruabis vbi *Ecclipticam* attingent, hic signorum characteres appinge in protractione lineæ L. F. Q. in M. H. ꝑ. Idem perface in alia parte *Ecclipticæ* pro H. & Y. quorum rationes ex Opticâ petuntur.

Hæc porrò Methodus desumpta est ex planisphaerio Ptolemæi: tribuitur tamen à quibusdam Appiano, quoniam hanc reuocauit ad praxim. Laudatur ab omnibus Geographicis, & Cosmographicis; qui frustra exoptât omnes tabulas vniuersales deinceps iuxta illam exarari, sed pauci admodum id tentarunt. Duas tantum eiusmodi habemus, easque ad *Capricornum* protractas: sed satius est eam vltra *Aequinoctialem* non extendere.

CAP.

Ratio quibus in Tabula Geographica
et Nautica utitur



corde, & sic in hoc Hemisphere & Hemisphere Meridiano.

CAPVT VI.


*Ratio depingendi Hemisphærij Geographici oculo conſtituto
in Nadir alicuius loci.*

*Seu quo pacto describi poſſit Tabula vniuerſalis, in qua vrbs ali-
qua ad libitum in eius medio conſtituatur.*

DVCATVR more ſolito Circulus A. B. C. D. in quatuor
quadrantes vt ſuprà diſſectus, hique quadrantes iterum in
ſex partes diuidantur. Supponamus ergo tabulam poſtulari reſpe-
ctu *Lugduni*, aut *Venetiarum*, quæ vrbes ferè incidunt in 45. gra-
dum latitudinis, & alterutra ſit in Tabulæ medio ſeu centro col-
locanda. Per ſuperiores modos inuenitur proiectio in linea D. A.
quæ etiam extenditur in X. & per numeros 6. 5. 4. 3. 2. ex puncto
B. ducantur lineæ occultæ ad inueniendam proiectionem Paral-
lelorum latitudinis. Tum circumducatur circulus, qui ſecet P.
N. erit is 75. latitudinis; alius M. Q. qui erit 60. A. L. qui 45. I.
R. qui 30. N. T. qui 15. G. V. Æquatorem repræſentabit, ſe-
cantem B. C. ita deinceps F. X. erit 15. latitudinis Auſtrinae E. Z.
30. & in D. finiatur 45.

Duo autem *Tropici* & *Polaris Arcticus*, eadem methode inue-
niuntur, *Polaris* quidem medio interuallo inter P. Q. & M. N.
Tropicus Cancræ inter I. H. & R. T. *Capricorni* verò in medio E.
F. & X. Z.

Iam inueſtigandi ſunt *Meridiani* hoc pacto. Arcus Circuli C.
O. B. perficitur, & eius centrum D. per diametrum I. e. diſſeca-
tur in ſex partes $\mu. \nu. \delta. \xi. \sigma.$ itémque ſemicirculus o. $\gamma. \alpha.$ in toti-
dem partes $\lambda. \kappa. \eta. \pi. \rho.$ Ex illis autem punctis ab O. vbi *Polus Ar-*
cticus ſigitur, ducantur occultæ lineæ quæ ſecent lineam A. e. in
 $\beta. \gamma. \delta. \epsilon.$ lineam autem D. I. in $\xi. \eta. \theta.$ I. tum ſupra tria puncta o.
 $\beta. \alpha.$ ducatur portio Circuli cuius centrum erit I. at verò o. $\zeta. \alpha.$
Centrum erit $\epsilon.$ Semicirculi autem o. $\eta. \alpha.$ Centrum erit $\gamma.$ & ita
de cæteris. Quatuor illi ſemicirculi producantur ultra Polum O.
dabunt octo Meridianos: ſemicirculus B. O. C. duos linea D. A.
totidem, & ſic in hoc Hemisphærio 12. depingentur Meridiani.



Inter
 pagin
 74. et 75.

Supereſt *Eccliptica* quæ ducitur per *Tropicum Capricorni*, & ſemicirculum C. D. qui repræſentat *Æquatorem* ſectum in *Librâ*, & *Ariete*. Vt autem diuidatur in ſex ſigna abſoluatur ſemicirculus, & excurrat in S. diuidetur quadrans B. D. in tres partes, & ab iis ad A. trahentur lineæ, quæ ſecent lineam L. B. in ψ . χ . Tum ab iisdem punctis ψ . χ . ad S. ducentur lineæ quæ *Ecclipticam* ſecent: extenſio χ . dabit *Scorpionem* μ . productio ψ . *Sagittarium* ν . eodem modo ex alterâ parte *Amphoram* ω . & *Piſces* κ . inuenies: quæ planè eadem ſunt cum iis quæ in ſuperiori metho- do diximus de diuiſione *Ecclipticæ*; ſed, maioris lucis cauſâ, in figurâ intricatiori cenſuimus hîc eſſe repetenda.

Is modus delineandæ tabulæ venuſtiſſimus eſt, eoque vtuntur vulgò qui *Aſtrolabia* reſpectu alicuius loci concinnant. Et verò illius maximè ope, patuit noſtris Patribus ad *Sinas* aditus. Quoniam hi populi ferre non poterât in *Tabulis Geographicis* ſe in angulum, & extremum orbis compingi. Sed hac praxi eruditi homines, ambitioni eorum, fecère medicinam.

Prætermitto de induſtriâ Methodum *Petri de Roas*, in quâ paralleli magis dilatantur, quò magis ad *Æquatorem* accedunt; ſicut & *Meridiani*, in medio *Tabulæ* ampliores, ſenſim coarctantur, dum magis ad extrema *Tabulæ* vergunt. Quoniam deſumitur eorum diſtantia per lineas rectas protractas à partibus vnius quadrantis, ad partes oppoſiti alterius. *Meridiani* ducuntur per *Ellipſes*, paralleli per lineas rectas. Sed in re *Geographicâ*, rara eſt illius Modi mentio.

Videantur plura apud *Furnerium* noſtrum in *Hydrographiâ* ſuâ, vbi multa de *Tabulis* collegit, potiſſimum de *Hydrographicis*, & quomodo poſſint illæ ad *Geographicas* reuocari. Nec enim omnia dicere poſſumus, & ad alia magis neceſſaria feſtinamus.

CAPVT VII.

De Particularibus Tabulis.

COGNITA longitudine, & latitudine locorum, quæ in *Tabulâ* diſponenda ſunt; obſeruatur maxima, & minima latitudo, & attenditur proportio inuentorum parallelorum ad *Æquatorem*. Si diſcrimen non ſuperet quinq; gradus ſine vllâ incli-

K ij

natione duci possunt, secus ad sequentem tabulam attenditur, cuius is est vsus.

TABVLA PROPOR-
TIONIS PARALLE-
LORVM AD Æ-
QVATOREM.

ÆQVATOR	180
V	179 $\frac{1}{5}$
X	177 $\frac{1}{5}$
XV	173 $\frac{1}{5}$
XX	167 $\frac{1}{5}$
XXV	163 $\frac{1}{5}$
XXX	155 $\frac{2}{5}$
XXXV	147 $\frac{2}{5}$
XL	135 $\frac{4}{5}$
XLV	127 $\frac{1}{5}$
L	113 $\frac{2}{5}$
LV	104 $\frac{2}{5}$
LX	90
LXV	76
LXX	61 $\frac{1}{5}$
LXXV	46 $\frac{3}{5}$
LXXX	31 $\frac{1}{5}$
LXXXV	15 $\frac{2}{5}$
POLVS in pñctū definit.	


Describenda mihi offertur Gallia : primum ducō 10. parallelos à se inuicem æqualiter distantes nempe à 42 ad 52. tum vnum ex his gradibus latitudinis diuido in 180 aut 18. vel etiam nouem, si tabula fuerit angustior : ductoque Meridiano qui mediam regionem secabit ab vtrâque eius parte supra parallelum quadragessimū quintum, partes 127. circiter decies replico aut duodecim si diuifero Gradum meum latitudinis in octodecim, vel sex si distribuero in nouem propter tabulæ exiguitatem. Tum transeo ad latitudinis Gradum quinquagesimū, & in eo 113. partes decies replico, vel partes vndecim, vel quinque cum dimidiâ, & ab illis punctis protractos Meridianos, pro ratâ portione Æquatoris habes inclinatos. Inde intelliges cur in omnibus tabulis particularibus Ptolemæi hæc verba semper ascribantur; Medius Meridianus est N. ad quem reliqui inclinantur iuxta rationem parallelorum N. & N. hic enim verbis nihil aliud quàm nostra methodus indicatur.

Scalam autem Milliarium sic appinges. Obseruabis duo loca cognitæ distantiæ, secundum quam tuam Scalam conficies :

si enim est accurata tabula, reliquorum locorum intercapedinem inuenies. Aut certè attendes ad latitudinem, cuius vnum gradum diuides in 30. Leucas Francicas.

Sed obseruabis hanc scalam non habere locum in Tabulis maiorum partium Mundi vt Europæ, & Asiæ. Sicut & has longè meliùs delineari, si portiones tabularum vniuersalium (de quibus supra) in eis exprimendis adhibeantur.

DE TABULA GEOGRAPHICA



LIBER QVINTVS.

De prima & rudi terrarum orbis notitia.



ABVERVNT Antiqui *Tabulas* suas in quibus Orbem depingebant, habuerunt & suas *Spharas*, seu potius, vt innuit Strabo, *χαρτήρια* in quibus regiones mundi cognitae delineabant. Sed quàm turpiter, & inquinatè id ferè aliqui præstarent, idem Strabo lib. 1. suæ Geographiæ conqueritur. Docet enim hîc, nonnullos ita descriptiones suas effinxisse, vt partes cognitae plurimùm dilatarent, quò in iis multas voces disponerent, parùm autem aut nihil detectas, restrinxisse: quoniam nomina deerant quibus vasta æquora, patentèsque tractus replerent. Sic oculis seruiebant potius, quàm rei veritatem sectabantur.

Emendatæ igitur sensim fuerunt *Tabulæ*, & ex imperfectissimis ad eam formam reuocatæ, quam præ oculis, & in manibus habemus. Ne igitur lateat Geographiæ tyrones quibus id demum progressionibus peractum sit, proponemus

Primò. Diuisionem Orbis *inter Filios, & Nepotes Noëmi*, quæ omnium dubio procul antiquissima est.

Secundò. Indicabimus *grauissimos errores*, quos in *Tabulas antiquas* irrepsisse potissimùm ex Strabone intelligimus.

Tertiò. Subiiciemus *descriptionem Ptolemæi*, in quâ vir tantus putauit se pleraque veterum errata correxisse. Quia tamen & ipsa scæter mendis,

Quartò. Offeremus *Antiquam Tabulam*, ex recentioribus emendatam, vt sic incipiat vetus Geographia cum nouâ componi, primùmque ducatur *PARALLELORVM NOSTRORVM* vestigium.

Quintò. Adiungemus *Romanum Orbem*, seu *diuisionem Imperij Romani*, quæ rebus Ecclesiasticis, Conciliis, Iurique ciuili admodum necessaria est.

Sextò. Appingemus *Tabulam recentiore accuratam*, quæ orbem cognitum vno aspectu sistat oculis.

Quibus omnibus præfigetur *Catalogus* non inutilis vocum quæ

Geographicis familiares sunt, & quarum notitiâ carere non debet Geographicus candidatus, ne artis quam sectatur impingat in limine: quæ si præstiterimus diligenter, primam & inchoatam Orbis terrarum cognitionem obtulerimus.

CAPVT PRIMVM.

De vocibus Geographicis.

VOCVM Geographicarum aliæ ad terram duntaxat pertinent, aliæ ad aquas tantùm, aliæ sunt aquis, & terræ communes. In terrâ verò loca vel hominum habitationi addicta sunt, vel feris, & bestiis relicta. Horum omnium locorum nomina quinque Paragaphis proponemus.

§. I. *Nomina maiorum locorum in terrâ.*

REGIO Terræ pars quæ à Principe regitur, aliter *Tractus, Ora, Plaga.*

PROVINCIA regio quæ ius *provinciæ, seu formulam* recepit; hoc est quæ non solùm vectigalis, sed & seruitute mulctata. Sic dicta quasi *procul vieta*. Prima fuit *Sicilia*.

Sub Con- } Consulares } Quæ regebantur à *Consularibus.*
sulibus. } Prætorix } Quæ à *Prætoribus.*

Sub Impe- } Cæsaris } Administratæ per *Procōsules, & Propratores.*
ratoribus } Populi } A *presidibus.*

SATRAPIA vox Persica quæ *regionem* aut *provinciam* sonat.

NOMVS *Præfecturæ in Egypto*, ita dictæ quod singulæ suas haberent leges, vt in Gallia *les Coustumes*.

DIOECESIS, rectè respondet diuisioni Francicæ vulgò *des Bailliages*. In recenti Geographia sumitur pro Episcoporum iurisdictione.

TERRITORIUM *vniversitas agrorum intra fines cuiusque vr- bis constituta*. Gallicè *la ville & sa Banlieuë*.

§. 2. *Nomina minorum locorum in terrâ.*

VRBS locus amplior mœnibus septus : & pro Roma olim fumebatur, vt $\alpha\theta\upsilon$ pro Athenis, $\pi\acute{o}\lambda\iota\varsigma$ pro Alexandria Ægypti.

CIVITAS olim distinguebatur ab vrbe, quòd hæc pro loco, illa pro hominibus fumeretur : sic ciuitas Heluetiorum dicebatur. Sumpta etiam est pro insulis maioribus vt pro Cypro, Sicilia. Imò & pro ingenti regione, vt pro Hispaniâ. Nunc autem ferè vsurpatur pro vrbe quæ Episcopum habet.

OPPIDVM vulgò pro *Minori vrbe* : aliquando etiam pro *Maiori*.

COLONIA, vrbs in quam pop. Rom. Ciues suos ad incolendum deducebat per legem Agrariam.

Sub $\left\{ \begin{array}{l} \text{Ciuium Romanorum, quæ iure optimo Quiritum fruebantur.} \\ \text{Coss. } \left\{ \begin{array}{l} \text{Latini Nominis, quæ tantùm iure Latij utebantur.} \end{array} \right. \end{array} \right.$

Sub Impe- $\left\{ \begin{array}{l} \text{Militares cùm militibus in præmium assignabantur} \\ \text{ratoribus. } \left\{ \begin{array}{l} \text{agri quarundam vrbiũ.} \end{array} \right. \end{array} \right.$

MUNICIPIVM, *ciuitas extrinsecus in urbem ascita.*

Dupli- $\left\{ \begin{array}{l} \text{Sine suffragio: vbi viuebant secundum leges suas, & tantum} \\ \text{cis } \left\{ \begin{array}{l} \text{inter legionarios militabant: vt } \textit{Cerites.} \end{array} \right. \\ \text{gene- } \left\{ \begin{array}{l} \text{Cum suffragio: Ius ciuium obtinebãt, & legibus Romanis} \\ \text{ris. } \left\{ \begin{array}{l} \text{viuebant; habebant tantum sua sacra, quæ Municipalia} \\ \text{dicebantur.} \end{array} \right. \end{array} \right.$

Attamen sæpè cum Colonis confunduntur Municipia.

FOEDERATA OPPIDA, vrbes, quæ foedus cum pop. Rom. percusserant : habebantque Remp. liberam, & suos Magistratus. Quod si Romano Iuri se obstrinxissent, dicebantur *Populi Fundi*.

PRÆFECTVRA, vrbs rebellis, aut ingrata pop. Romano, ad quam mittebatur quotannis *Præfectus*, qui in eâ ius diceret.

FORVM, vrbs, in qua *simul Ius dicebatur, & Nundina celebrabantur*. A Censoribus, vel Prætoribus instituta sunt Fora, dum vias sternunt, vel bella gerunt.

CONCILIABVLVM, vbi *Nundina tantum celebrantur*, rariùs dicebatur *Ius* : aliter *Emporium* ab $\epsilon\mu\pi\omicron\rho\rho\epsilon\upsilon\nu$ *negotiari*.

FANVM locus qui creuit ex Templi alicuius celebritate.

LECIO ciuitas in quâ disposita legio ab Imperatoribus Romanis ad Imperij tutelam, vel sanè pars legionis.

ARX vel ab Arcadibus, vel arcendis hostibus dicta; est autem locus munitus in monte. Quod si imperitet vrbi, Acropolis dicitur, vt Acrocorinthus.

CASTRVM: seu meliùs Castra, loca munita fossis, & vallo. Si autem miles hîc diutiùs confisteret Statina dicebantur, & quidem si per Hyemem Hiberna.

CASTELLVM: minus Castrum mœnibus præcinctum ad alas equitum continendas. Dicebatur aliter Praesidium, seu Custodia, Quæ tamen vox etiam dicitur de vrbibus in hostico, ad populos in officio continendos. Paruum autem Castellum dicebatur BVRGVS, vt vult Vegetius à Græco πύργος turris.

MVTATIO: vbi equos recentes inueniebant cursores.

MANSIO: locus assignatus militi dum iter facit, vt apud nos les Estapes, ou les logemens.

VILLA: domus aliqua in agris splendè ædificata: antiquis Hortus.

VICVS: locus ex pluribus villis constans, vnde Vicani.

PAGVS: Vicus ad Fontem, aut Fluuiolum. Sumitur item pro Regiuncula vt pagus Velaunus, le pays de Velay, &c.

§. 3. Nomina locorum in terrâ qua feris, & bestiis relinquuntur.

MONS	Tumor Alti- simus.	pars superior media infima	{	Cacumen, Iugum, Vertex, Supercilium, Verruca.
				Clius, Dorsum.
				Pes, Radix.

COLLIS: humilior terræ tumor.

TVMVLVS: terræ minor congeries.

RYPES: à Colle, & Tumulo materia tantùm distat, nam è faxo rupes est.

CAMPVS { AGER: Campus aratus, aut arandus.

{ PASCVVM, vbi pecora tantùm pascuntur.

{ PRATVM: vbi falce herba refecatur.

		SPECVS: latibulum feræ: aliter <i>Speleum</i> , & <i>Caverna</i> .
		HIATVS: Fossa in profundum aperta.
FOS-		BARATHRA: Terra aquis diluta ad multam profun-
		ditatem.
SA		SPIRACVLA: vnde pestiferi halitus erumpunt aliter
		AORNI, quod <i>aves</i> superuolantes <i>enecent</i> .
		CRATER: os montis igniuomi.
		SALTVS: vbi arbores inæquales, & quasi saltantes.
		NEMVS: sylua peramœna.
SYL-		LVCVS: sylua Diis sacra; à luce, aut tenebris dicitur.
VA		ROBORETVM locus in quo clauduntur feræ <i>vn parc</i> .
		TESQVA vel Tesca, locus asper raris fruticibus spar-
		sus <i>des Haliers</i> .
		VALLIS: exitum vnum, aut duos habet.
VAL-		CONVALLIS: nullos habet exitus.
LIS		FAVCES: seu PYLÆ seu Angustia } exitus vallis an-
		gustior.

§. 4. De vocibus ad aquas tantùm spectantibus.

		PROFVNDVM, seu ALTVM, <i>la pleine mer</i> .
AQVA		LITTVS: Maris ora, & quousque marinus æstus in
SALSA		fluuios immittitur.
		ARCHIPELAGVS: Mare insulis sparsum.
		PALVS: siccatur æstate, <i>vn Marais</i> .
		STAGNVM: ex quo aqua ad libitum emittitur,
		<i>Etang</i> .
A-	STA-	LACVS: vnde flumina erumpunt, <i>vn Lac</i> .
QVA	GNANS	PISCINA: stagnum minus, <i>vn Reservoir</i> .
		LACVNA: fossa ad siccandas paludes ducta,
		Gallis, <i>des Caraux</i> : Italis <i>Bonificatione</i> . Si
		autem hæc fossa perducitur ad merces effe-
		rendas dicitur INCILE.
DVL	FLV-	FLVMEN, seu <i>fluuius</i> : Aqua copiosior perenni-
		ter fluens.
		AMNIS: Fluuus in duos alueos sectus.

CIS } ENS } FLVENTVM: minutus fluuius.
 } } TORRENS: fluuius aut fluentum ex niuibus li-
 } } quatis, & pluuiis.

§. 5. De vocibus Terra, & Aqua communibus.

QVÆ } SINVS: Aqua se in terras insinuans, *vn Golphe.*
 PRIVS } FRETVM: Aqua vtrunque terris pressa, *vn Destroit.*
 AOVAS } ÆSTVARIVM: vbi se æstus insinuat, *la Bare.*
 RESPI- } EVRIPVS: æstuarium reciprocum sæpè de die.
 CIVNT. } BOSPHORVS: Fretum angustius, *vn Canal.*
 } INSVLA: Terra aquis vndique cincta, *Isle.*
 } SCOPVLVS: seu Ara saxum in mari prominens, *des*
 } *Brisants.*
 } SYRTES seu Breuia: terra aquis interseissa, *des Bancs.*
 } PENINSVLA, seu Chersonesus, & Cherrhonesus; à
 QVÆ } Græco χερσος, seu χερσος Terra, & νῆσος *insula: est in-*
 } *sula annexa continenti, Presque Isle.*
 PRIVS } ISTHMVS: pars quâ peninsula iungitur continenti.
 TER- } LINGVA, seu Ligula: pars humilior terræ in mare
 } procurrens.
 } PROMONTORIVM: Mons in mare decurrens, *vn Cap.*
 RAM. } PORTVS: locus vbi naues omninò securæ, *vn Port.*
 } NAVALE: vbi conficiuntur, & seruantur naues, *Arsenal.*
 } STATIO: locus non ad eò tutus nauibus, *la Rade.*
 } MOLES: *vne Digue*, Agger in mare iactus.
 } GRADVS, locus vbi onerantur, & exonerantur naues.

CAPVT II.

Grauiores veterum Geographorum errores.

PRIMVS ERROR, isque grauiissimus fuit eorum qui *Nouum orbem*, in quo collocabant *Antichthonas*, infra Africam constituebant. Ita Pomponius Mela, Macrobius, Manilius, ac veterum plerique. Huius autem orbis initium faciebant *Taprobanam*, & ex eo oriri *Nilum* arbitrabantur, qui arcanis meatibus Oceanum trāsmeans postea in Africâ emergebat. Ad eundem referri possunt, quicumque Oceanum inter duos Tropicos immise-

runt, bellis refertissimum, quæ navigationem ad vltiora prohiberent, quæ opinio multorum quoque ex antiquis fuit.

SECUNDVS *Arabicum sinum* ab Oceano dirimebat, & lacum faciebat arboribus consitum, & fruticibus in plerisque locis horrentem: ita Damastes quidam apud Strabonem.

TERTIVS *Mare Meduerraneum* negabat aliàs habuisse cum Oceano connexionem versus Hispaniam, sed claustra hæc hominum arte diuisa fuisse. Idem plerique de ponto Euxino dixerunt, de quibus videatur Strabo lib. 1^o. Quæ commenta vt & *Italia cum Sicilia* coniunctæ, *Gallie cum Angliâ* refutant fluuij ex vtraque parte in hæc freta prorumpentes: de quibus fusè in suâ Sicilia Cluuerius.

QUARTVS itémque absurdissimus, *Mediterraneum Mare* cum *sinu Persico* coniungebat. Ita Diotimus quidam apud Strabonem lib. 1. qui mentiebatur se legatum Atheniensium aduerso Cydno Fl. Ciliciæ nauigasse, & per eum in Coaspem Fl. Persidis decidisse, atque secundo Coaspe Susa venisse.

QVINTVS *Mare Septentrionale* cum *Caspio* connectebat per angustum fluentum. Cui errori causam dedit Patrocles quidam classis Macedonicæ præfectus. Nam ante eum Aristoteles, & Herodotus Caspium Mare ab reliquis Maribus secreuerant. Ex quo autem *αὐτόματος* ille mendax se in Caspium ex Oceano Boreali fabulatus est nauigasse, omnes Geographos induxit in fraudem, vltique ad Ptolemæum: de hoc iterum lib. 6. cap. 9. §. 2.

SEXTVS *Scandiam & Feningiam* duas insulas faciebat, & perperam; hanc Occidentaliorem, illam Orientaliorem, vtramque ab Europâ diuisam: sic Plinius.

SEPTIMVS *Tanaim fluuium* ex vltimis partibus Septentrionis accersebat: ita Strabo, Plinius, & plerique omnes.

OCTAVVS *Gangem fluuium* in Mare Eoum demittebat: sic aliqui Poëtæ, cum tamen in Australe, seu Indicum decidat.

Hos & alios longè plures errores sensim detexit ætas, pluribus colonis in terras, hæctenus ignotas, subinde migrantibus. Neque enim facile est mentiri multos, cum qui soli vagentur, ex peregrinationum suarum mendacijs vulgò gloriam quærere soleant. Rectè tamen obseruat Strabo id per victorias principum ferè perfectum esse, & per Alexandrum Macedonem Orientem innotuisse, Occidentem per Romanos, Septentrionem per Mitridatem Eupatorem, Meridiem denique per Reges Alexandrinos.

ANTIQUISSIMA ORBIS DELINEATIO.



ANTICHTHO-
SEV
ANTICHTHO-
NES VETERVM
ALTER ORBIS.

OCEANVS Inter nos et Australer populos situm per cillia Zenan.
Maerh. Lib. 2. in Som. Sep.

CAPVT III.

Graviores errores Ptolemæi.

DEPERDITIS Antiquioribus Tabulis, vnica Agathi-Dæmonis superfuit ex obseruationibus Ptolemæicis concinnata, quæ etiamnum omnium manibus teritur, cuius præcipuos errores obseruare debet quisquis veterem Geographiam cum nouâ componere cupit.

PRIMVS ERROR Ptolemæi, & huius Tabulæ in eo apparet, quod *Africam* circumnavigari prohibet, licet aliqui veterum id optimo iure asseruissent. Ad hæc cum eandem *Africam* decrefcentem depingere debuisset, & sese in cuneum constringentem, contra ipse dilatauit. Ibidem quoque tractum versus *Æquator* mirè deformat, prætermittendo aliquos nobiliores fluuios, cum tamen in eâ parte minus peccare debuisset, in quâ patriam suam nactus erat.

SECUNDVS ERROR. Cum pars *Albionis* in Septentrionem extendenda esset, illam in Orientem reflectit & Germaniæ incumbere facit: quapropter parem *Hiberniæ* eleuationem Polarem attribuit cum Albione.


TERTIVS. *Cymbricam Chersonesum* aut ad perpendiculum excitare debebat Germaniæ, aut saltem nonnihil in Occidentem retorquere; contra in Orientem eam inclinat, & sinum *Venedicum* hîc nimis constringit.

QUARTVS. *Scandiam* amplissimam peninsulam coarctat in paruam insulam, cui adiungit tres minores ab Oriente, cum fœdissimâ huius tractûs labe.

QUINTVS. *Partes Europa*, & *Asiæ Borealis* in terras incognitas desinere putat, cum multi ex antiquis hîc Mare agnouerint, quod vtrique huic parti à Septentrione verè affunditur.

SEXTVS. Debent *Sinæ* ex *Indiâ* in *Boream* assurgere; contra in *Meridiem* ultra *Æquator* descendunt, & ab iis tractus longior excurrens *Asiam* cum *Africa* turpissimo errore connectit. Quamobrem aliqui veriti tantum mendum in magni viri scriptis videre, verba quibus hic error continebatur contra fidem publicam ex cap. 3. lib. 7. Geographiæ expunxerunt.

AGATHI- DÆ MONIS
 MECHANICI ALEXANDRINI
 ORBIS DESCRIPTIO
 EX LIBRIS GEOGRAPHICIS
 CLAVDII PTOLEMAI



Inter pag.
 86 et 87

SEPTIMVS. *Taprobana* nimirum extenditur, siue illa sit *Ceylanum*, siue *Sumatra*; & *insule minores* circa illam sparsæ nihil habent affinitatis seu quoad situm, seu quoad numerum cum iis, quas *Lusitanorum*, & *Batauorum* diligentissimæ nauigationes nobis retulerunt.

OCTAVVS. *Indiarum tractus*, & ora versus Meridiem miserandum in morem deformata est. In duplex Promontorium fissa est *India intra Gangem*, cum vnicum maius deprehendatur *Commorinum*; quamquam illa tum Romanis notior esset, & à temporibus *Claudij* hinc multæ merces deferrentur ad Romanos.

Reliqui errores qui in *Tabulas priuatas* irrepserunt, singulatim in descriptione prouinciarum, & regionum forsitan obseruabuntur.

CAPVT IV.

Diuisio orbis in filios & nepotes Noëmi.

GOMER <i>Cymmerij.</i>	{	ASCHENEZ. Celtæ	{	Galli. Germani. Illyrij.
		RIPHAT. Moscouitæ vbi Riphæi.		
		THOGORMA. Turcæ.		
IAPHET cui cessit Europa & Asia minor.	{	MAGOG. Gothi.		
		MADAI. Fortè Medi in Thracia.		
		IAVAN <i>Iones.</i>	{	ELISA EM̄res Græci. THARSIS. Cilicia. CHETTIM { Insulæ & peninsulæ Me- diterranei Maris. DODANIN. Rhodij.
		THVBAL. Hispani.		
		MOSCH. Cappadoecs.		
		THYRAS. Thraces.		

CHAM	cui Africa obuenit cum Palæstinâ & Arabiis.	} <i>Ethiopia vtraque.</i>	} CHVS	SABA. Sabæi Arabes.
				HEVILLA. Arabia Petræa.
				SABATHA. Metro. Arabiæ Felicis.
				REGMA. In vrbe Regama ibidem.
				NEMBROD. Babylonia.
		} <i>Egyptus.</i>	} MER-RAIM	LVDIM. Lydia, eò enim irrepfit.
				LAABIM. Libya Exterior.
				NEPHTVIM. In Numidia.
				PHETRVSIM. In parte Arabiæ Petrææ Occidentali.
				CHASLVIM. Lycia.
				PHVTH. In Numidiâ ad <i>Fl. Phuth.</i>
				CANAAN. In Palæstinâ.

SEM	cui adiu- dicata Asia : ta- men ex illâ filij Iaphet, & Cham aliquid decerpse- runt.	} <i>Assyria.</i>	} ASSVR.	HELAM. vnde Elamitæ seu <i>Perse.</i>		
				ASSVR. Assyrij.		
		} <i>Arphaxad.</i>	} AR- PHA- XAD	} SA- LE	} HE- BER	} PHALEG ex quo Hebræi à pa- tre sic dicti.
						Saba. <i>Indi Sabæi.</i>
						OPHIR Sofsala aut Malaca malè Pe- ruuia.
		} <i>Syria.</i>	} ARAM	LVD.	HVS. Terra Hus in <i>Palestina.</i>	
				Syria.	MES. Sufiana ad <i>sinum Messanitem.</i>	

Prætermisimus Nepotum quorumdam nomina quæ prouinciis nemo adhuc probabiliter aptauit.

CAPVT V.

Orbis diuisio penes antiquos.

PRIMA legitur apud Strabonem vbi Eratosthenes eos refutat qui totum orbem in *Græcos*, & *Barbaros* diuidebant, ideoque suadebant Alexandro vt Græcos haberet amicos, hostes verò Barbaros. Vtrum autem Græci *Romanos* vocauerint *Barbaros*,

ORRIS PARS
VITIBUS
CIVITATIS

ORRIS

ros, difficultate non caret. Tamen ex Plutarcho in vitâ T. Flaminii opinio negans colligitur.

SECUNDA est Ephori, apud Strabonem, diuidentis orbem in quatuor populos *Indos, Ethiopas, Celtas, & Scythas*. Eiusdem quoque opinionis fuit Scymnus qui hæctenus sub Marciani Hæcleotæ nomine cecinit. Frustrâ autem in illam sententiam rapitur Dionysius Halicarnassensis à Cluuerio. Sed quidam hanc diuisionem de solis Barbaris intelligendam non immeritò putant; cùm eius nullum apud Homerum extet vestigium.

TERTIA partes terræ tantùm assignat *Septentrionalem* quæ *Europa* dicitur, & *Meridionalem* quæ *Asia*. Ita sensit Varro lib. 1. de Re Rusticâ, vbi parentem huius sententiæ laudat Eratosthenem. Ita quoque Isocrates in Panegyrico, vbi innuit hanc opinionem apud Persas receptam fuisse. Meminere quoque huius Silius, Italicus, Lucanus, Augustinus, Orosius, & aliquot alij.

Sed iterum hæc sententia bifariam diuisa est. Quidam enim totam Africam Asiæ coniunxerunt apud Plinium lib. 3. cap. 1. quod Silius sic expressit lib. 3.

Æstiuo Libye torretur subdita Cancro,

Aut ingens Asia latus, aut pars tertia rerum.

Alij Europæ eandem Africam attexuere, apud Salustium de Bello Iugurtino, quod sic Lucanus cecinit 9. Phars.

Tertia pars rerum Libye, si credere fame

Cuncta velis, at si ventos calumque sequaris

Pars erit Europa.

QUARTA diuidit orbem antiquum in quatuor partes, *Asiam, Europam, Africam, & Ægyptum*. Eius meminere Ortelius, & Philippus Cluuerius, sed auctores antiquos non laudant. Ad illam reuocari potest Plinius lib. 5. cap. 9. hîc enim Ægyptum ab Asiâ Pelusiaco ostio, ab Africâ Canopico disternat, qui limites intelligi non possunt, nisi præsuppositâ hac opinione. Cur autem tam exiguæ Regioni nomen partis attribuerint, ea ratio videtur esse, quòd olim in Ægypto plures vrbes, quàm in reliquo orbe reperirentur, vt testatur Eusebius: certè Amasi regnante x. millia vrbiùm præferebat ait Plinius, quarum tria millia supererant dum scribebat Diodorus Siculus.

QUINTA item in partes quatuor orbem secuit, sed *Ægypti* loco *Graciam* substituit. Colligitur ex Herodoto in Melpomene,

M

vbi *Cretam* quæ Græciæ pars est ab *Europâ* fecernit. Sed euidentius Aristoteles lib. 7. Reipublicæ Græcos ab Europæis & Asiaticis separat.

SEXTA denique communissima, & ab omnibus ferè recepta, mundum habitabilem distinguebat in tres partes, *Europam*, *Asiam*, *Africam*. Quarum

EUROPA ad Occidentem & Septentrionem vergebat, breuioribus terminis per Tanaim fluuium, amplioribus per Fl. Carabycem hodie *Oby* ab Asiâ dirempta. Vbi *Roma* gentium Domina, eiusque progenies *Constantinopolis* in Byzantij ruinis fundata. Montes *Alpes*, *Pyrenæus*; fluuij *Rhenus*, & *Danubius*.

ASIA totam plagam Orientalem obtinebat, in Boream Austrumque latè protensa, Africæ simul & Europæ latitudinem propè exæquans. Vbi vrbes illustres *Ninus*, seu *Niniue*, *Babylon*, *Hierosolyma*: Montes *Taurus*, *Caucasus*, *Imaus*: Fluuij *Euphrates*, *Tygris*, *Indus*, & *Ganges*.

AFRICA denique Mediterraneo discreta mari ab Europa, ab Asiâ *Isthmo Arabico* vt doctiores, *Nilo Fluuio*, vt plures credebant, diuisa erat.

Vtrum autem antiqui sub *Atlantis* insulæ nomine cognouerint *Americam*, postea accuratiùs in eadem Americâ disputabuntur.

CAPVT VI.

Orbis Romanus, seu diuisio Romani Imperij in Orientale & Occidentale.

ROMANOS vniuersum orbem possedisse fabulati sunt Poëtæ, adultores quâtum eius voluerint occupasse, & reliquum spreuisse potiùs, quàm desperasse: historia modum suo Imperio constituisse, Rhenumque ac Tygrim (alij Euphratem dicunt) montemque Atlantem sibi terminos constituisse.

Quomodo autem tantum Imperium coaluerit, paucis accipe. Roma 600. annis luctata cum vicinis, primùm *Siciliam* prouinciam fecit, quò appulerat primùm auxiliatrix. Hanc secutæ *Sardinia*, & *Corfica*. *Gallia Narbonensis* viam Iulio Cæsari in *Aquitaniam*, *Celticam*, *Belgicam* aperuit. *Britannia* ab eodem Cæsare tentata, ab aliis Imperatoribus subiugata, & muro tantùm contra Barba-

ros defensa. Hispaniam per Agrippam pacavit Augustus, & distribuit in Beticam, Lusitaniam, & Tarracōensem. Mauritanias duas Iuba triumphatus amisit. Asia propria magnam partem Antiochus perdidit, Bithyniam Nicomedes dedit. Mitridates moriens Pontum reliquit. Galatiam, Cappadociam, Armeniam minorem Augustus Antonij fautoribus, aut totas, aut ex parte ademir. Thraciam ferocitas incolarum, Macedoniam Persei sordes, Epirum Helladem, Peloponnesum temeritas Ætolorum, Illyricum Gentij credulitas perdidit. Numidiam Iugurtha victus adiunxit, Africam propriam Carthago deleta, Cyrenaicum, &c. Ptolemæi Apionis liberalitas. Egyptus sublata Cleopatra Regibus parere desit. Totam Syriam, & Armeniam cum Colchide, Iberiâ, Albanâ, Pompeius ambulando deuicit.

Sub Imperatoribus quoniam per milites maximè stabat Imperium, Præfectis Prætorio commissum est. Eos numero & tempore incertos Constantinus quatuor creauit Magistratus constantes: quorum duo, sectis ditonibus inter Honorium & Arcadium, singulis Imperiis præfuerunt; vnus Illyrici tantum prouinciis aliquot decerptis, & Italico contributis. Eorum autem ditiones exhibet tibi Tabula.

IMPERIVM OCCIDENTALE.

§. I. Præfectus Prætorio Italiae.

DI- OE- CE- SYS	VICA- RIVS RO- MÆ	Consul	LATIVM & CAMPANIA Roma:
		Consul	TVSCIA & VMBRIA Sena: Siennese en Toscane.
		Consul	PICENVM SVBVRBICARIVM Ancona: Ancone.
		Præfes	VALERIA Reate: Rieti.
		Præfes	SAMNIVM Corfinium: Ruines de Corfinium près de Pentinia.
		Corre- tor	APVLIA & CALABRIA Brundisium: Brindes.
	Corre- tor	LVCANIA & BRVTIVM Cor- sentia: Consenze.	

M ij

DE PRIMA ORBIS NOTITIA,

		Consul	SICILIA Syracusæ: <i>Syracuse.</i>
		Præses	SARDINIA Caralis: <i>Cagliari.</i>
I-		Præses	CORSICA Aleria: <i>ruines d Aleria.</i>
T A-	VICA-	Consul	VENETIA & ISTRIA Aquileias
		Consul	ÆMILIA Bononia: <i>Boulogne laGrasse.</i>
		Consul	FLAMINIA & PICENVM ANNONARIVM, vbi Rauenna, <i>Rauenne,</i> & Senagallica <i>Senigaglia.</i>
LI-	RIVS	Consul	LIGVRIA Genua: <i>Gennes.</i>
		Præses	ALPES COTIÆ Augusta Taurinorum: <i>Turin.</i>
Æ.	ITA-	Præses	RÆTIA PRIMA Curia: <i>Coire.</i>
		Præses	RÆTIA SECVND A Augusta Vindellicorum: <i>Ausbourg.</i>
DIOE-	VICA-	Præses	NORICVM RIPENSE Arelope: <i>Pa-</i> <i>klarn sur l'Erlap.</i>
		Præses	NORICVM MEDITERRANEVM Iuana; <i>Salizbourg.</i>
CESIS	RIVS	Præses	PANNONIA PRIMA Sabaria: <i>Saruar</i>
		Consul	PANNONIA SECVND A Sirmium: <i>Sirmich.</i>
ILLY-	ILLY-	Dux	VALERIA Aquincum: <i>Bude.</i>
		Limit.	
RICI	RICI	Corre-	SAVIA Siscia: <i>Siseg.</i>
		stor	
		Præses	DALMATIA Salona: <i>Spalatto.</i>
		Præses	LIBVRNA Iadera: <i>Zara.</i>
		PROCONSVL AFRICÆ	AFRICA CARTHAGO: <i>ruines</i> <i>de Carthage près de Tunis.</i>
DIOE-	VICA-	Consul	NVMIDIA Cirta: <i>Constantine.</i>
		Consul	BYZACIVM Adrumetum: <i>Soufe.</i>
CESIS	RIVS	Præses	TRIPOLITANA Tripolis: <i>Tripoli de</i> <i>Barbarie.</i>
		Præses	MAVRITANIA SITIFENSIS Sitifi: <i>Estefe.</i>
AFRI-	AFRI-	Præses	MAVRITANIA CÆSARIENSIS Iu-
CA	CA	Præses	lia Cæsarea: <i>Alger.</i>

§. 2. Præfectus Prætorio Galliarum.

		Consul	LYGDVNENSIS PRIMA Lugdu- num: <i>Lion.</i>
		Præfes	LYGDVNENSIS SECUNDA Roto- magus: <i>Rouën.</i>
		Præfes	LYGDVNENSIS TERTIA Cæsaro- dunum: <i>Tours.</i>
		Præfes	LYGDVNENSIS QVARTA Agen- dicum: <i>Sens.</i>
		Præfes	MAXIMA SEQVANORVM Vifon- tio: <i>Besançon.</i>
DIOE-	VICA-	Consul	BELGICA PRIMA Augusta Treui- rorum: <i>Treues.</i>
CESIS	RIVS	Consul	BELGICA SECUNDA Durocorto- rum: <i>Rheims.</i>
		Consul	GERMANIA PRIMA Moguntia; <i>Maience.</i>
		Consul	GERMANIA SECUNDA Colonia Agrip. <i>Cologne.</i>
GAL-	GAL-	Præfes	AQVITANIA PRIMA Auaticum: <i>Bourges.</i>
LIA-	LIA-	Præfes	AQVITANIA SECUNDA Burdega- la: <i>Bordeaux.</i>
RVM.	RVM.	Præfes	NOVEMPOPVLANIA Augusta Aufciorum: <i>Auch.</i>
		Consul	VIENNENSIS PRIMA: Vienna <i>Vienne en Dauphiné.</i>
		Præfes	VIENNENSIS SECUNDA: Narbo <i>Narbonne.</i>
		Præfes	VIENNENSIS TERTIA Aquæ Sextiæ: <i>Aix.</i>
		Præfes	ALPES MARITIMÆ Ebrodunum: <i>Ambrun.</i>
		Præfes	ALPES GRATÆ Tarantasia: <i>Mon- stier en Tarentaise.</i>


DIOE- GESIS	VICA- RIVS	Consul	BÆTICA Hispalis: <i>Seville.</i>
		Consul	LVSITANIA Emerita: <i>Meride.</i>
HIS- PA- NIA- RVM.	HIS- PA- NIA- RVM.	Præfes	MAVRITANIA TINGITANA Tin- gis: <i>Tanger.</i>
		Consul	GALLÆCIA Braccara: <i>Bragues.</i>
		Præfes	TARRACONENSIS Casaraugusta: <i>Sarragoçe.</i>
		Præfes	CARTHAGINIENSIS Carthago no- ua: <i>Carthagene.</i>
DIOE- GESIS	VICA- RIVS	Præfes	BALEARES Palma: <i>Maiorque.</i>
		Præfes	BRITANNIA PRIMA Londinium: <i>Londres.</i>
BRI- TAN- NIA- RVM.	BRI- TAN- NIA- RVM.	Præfes	BRITANNIA SECUNDA Iscasilu- tum: <i>Caerleon ruinée.</i>
		Præfes	FLAVIA CÆSARIENSIS Vero- lamium: <i>S. Alban.</i>
		Consul	MAXIMA CÆSARIENSIS Eborac- cum: <i>Yorch.</i>
		Consul	VALENTIA Alata Castra: <i>Edim- bourg.</i>

IMPERIVM ORIENTALE.

§. 3. Præfectus Prætorio Orientis.

DIOE- GESIS	VICA- RIVS	PROCONSVL ASIÆ	Ephesus: <i>Efeso.</i>
		ASIÆ	Conf. HELLESFONTVS Cyzicus: <i>Cyzico.</i>
ASIÆ.	ASIÆ.	Præf.	INSVLÆ: Rhodus: <i>Rhodes.</i>
		Præfes	PHRYGIA SALVTARIS Pergamus: <i>Pergamo.</i>
		Præfes	PHRYGIA PACATIANO Synnada.
		Consul	LYDIA Sardis: <i>Sardes.</i>
ASIÆ.	ASIÆ.	Præfes	CARIA Laodicea: <i>Laodichi, seu Louske.</i>
		Præfes	LYCIA Myra: <i>Strumita.</i>
		Consul	PAMPHYLIA Perge: <i>Perges.</i>
ASIÆ.	ASIÆ.	Præfes	PISIDIA Antiochia Pisidicæ: <i>Antioche de Pisidie.</i>
		Præfes	LYCAONIA Iconium: <i>Cogne.</i>





DIOE- GESIS	VICA- RIVS	Consul	BÆTICA Hispalis: <i>Seville.</i>
		Consul	LVSITANIA Emerita: <i>Meride.</i>
HIS- PA- NIA- RVM.	HIS- PA- NIA- RVM.	Præfes	MAVRITANIA TINGITANA Tin- gis: <i>Tanger.</i>
		Consul	GALLÆCIA Braccara: <i>Bragues.</i>
		Præfes	TARRACONENSIS Casaraugusta: <i>Sarragoçe.</i>
		Præfes	CARTHAGINIENSIS Carthago no- ua: <i>Carthagene.</i>
DIOE- GESIS	VICA- RIVS	Præfes	BALEARES Palma: <i>Maiorque.</i>
		Præfes	BRITANNIA PRIMA Londinium: <i>Londres.</i>
BRI- TAN- NIA- RVM.	BRI- TAN- NIA- RVM.	Præfes	BRITANNIA SECUNDA Iscasilu- tum: <i>Caerleon ruinée.</i>
		Præfes	FLAVIA CÆSARIENSIS Vero- lamium: <i>S. Alban.</i>
		Consul	MAXIMA CÆSARIENSIS Eborac- cum: <i>Yorch.</i>
		Consul	VALENTIA Alata Castra: <i>Edim- bourg.</i>

IMPERIVM ORIENTALE.

§. 3. Præfectus Prætorio Orientis.

DIOE- GESIS	VICA- RIVS	PROCONSVL ASIÆ	Ephesus: <i>Efes.</i>
		ASIÆ	Conf. HELLESFONTVS Cyzicus: <i>Cyzico.</i>
ASIÆ.	ASIÆ.	Præf.	INSVLÆ: Rhodus: <i>Rhodes.</i>
		Præfes	PHRYGIA SALVTARIS Pergamus: <i>Pergamo.</i>
		Præfes	PHRYGIA PACATIANO Synnada.
		Consul	LYDIA Sardis: <i>Sardes.</i>
ASIÆ.	ASIÆ.	Præfes	CARIA Laodicea: <i>Laodichi, seu Louske.</i>
		Præfes	LYCIA Myra: <i>Strumita.</i>
		Consul	PAMPHYLIA Perge: <i>Perges.</i>
ASIÆ.	ASIÆ.	Præfes	PISIDIA Antiochia Pisidiæ: <i>Antioche de Pisidie.</i>
		Præfes	LYCAONIA Iconium: <i>Cogne.</i>

DIOE- CESIS	VICA- RIVS	Consul	BITHYNIA Nicomedia : <i>Comedia.</i>
		Præfes	HONORIAS Heraclea Ponti : <i>Pen- darachia.</i>
PON- TI.	PON- TI.	Corre- ctor.	PAPHLAGONIA Pompeiopolis : <i>Ta- rachipoli: Gangra Castomoni.</i>
		Consul	GALATIA Ancyra : <i>Angori.</i>
PON- TI.	PON- TI.	Præfes	GALATIA SALVTARIS Pessinus : <i>Possene.</i>
		Præfes	HELENOPONTVS Amasia : <i>Amasee.</i>
PON- TI.	PON- TI.	Præfes	PONTVS POLEMONIACVS Neo- cafaree : <i>Tocat.</i>
		Præfes	CAPPADOCIA PRIMA Mazaca Cafarea : <i>Sarmuzad.</i>
PON- TI.	PON- TI.	Præfes	CAPPADOCIA SECVND A Tyana : <i>Tyagna.</i>
		Præfes	ARMENIA PRIMA Sebastia : <i>Syuas.</i>
PON- TI.	PON- TI.	Præfes	ARMENIA SECVND A Melitene : <i>Malatie.</i>
		Præfes	
DIOE- CESIS	CO- MES	Consul	CILICIA PRIMA Cafarea ad A- nazarbum : <i>Ainzarbe, seu Aixar.</i>
		Præfes	CILICIA SECVND A Tharsus : <i>Tar- so, seu Trese.</i>
O- RIEN- TIS.	O- RIEN- TIS.	Præfes	ISAVRIA Seleucia : <i>Selechia.</i>
		Perf.	
O- RIEN- TIS.	O- RIEN- TIS.	Consul	SYRIA Antiochia : <i>la grãde Antioche.</i>
		Præfes	COMAGENA, seu EYPHRATENSIS Samofata : <i>Samusat.</i>
O- RIEN- TIS.	O- RIEN- TIS.	Præfes	SYRIA SALVTARIS Palmyta : <i>Faid.</i>
		Consul	PHENICE Sidon : <i>Siden, seu Said.</i>
O- RIEN- TIS.	O- RIEN- TIS.	Præfes	PHOENICE LIBANI Damascus : <i>Damas.</i>
		Præfes	
O- RIEN- TIS.	O- RIEN- TIS.	Consul	PALÆSTINA PRIMA Cafarea : <i>Azor.</i>
		Præfes	PALÆSTINA SECVND A : Sebalte olim Samatia : <i>Napolitza.</i>
O- RIEN- TIS.	O- RIEN- TIS.	Præfes	PALÆSTINA SALVTARIS : Hieros- folyma.
		Præfes	OSRHOENE Edessa : <i>Rhoas.</i>
O- RIEN- TIS.	O- RIEN- TIS.	Præfes	MESOPOTAMIA Nisibis : <i>Nisibi.</i>
		Præfes	

		Præses	ARABIA PETRÆA Petra: <i>Arach.</i>	
		Perf.		
		Præses	CYPRVS Salamis: prope <i>Fama-</i> <i>gousta.</i>	
DIOE-	CO-	Præses	ÆGYPTVS Alexandria: <i>Alexandrie.</i>	
CESIS		MES	Corre-	
		ctor	AVGVSTAMNICA Pelusium: <i>Da-</i> <i>miete.</i>	
Æ-	Æ-	Præses	ARCADICA Mēphis: <i>le grand Caire.</i>	
GYPTI.		GYPTI.	Præses	THEBAIS Thebæ: <i>Thebes.</i>
			Præses	LIBYA SUPERIOR Cyrene: <i>Corene.</i>
			Præses	LIBYA INFERIOR Parztonium: <i>Abreton.</i>
DIOE-	VICA-	Consul	EVROPA Constātinopolis: <i>Stāboul.</i>	
CESIS		RIVS	Consul	THRACIA Philippopolis: <i>Philippo-</i> <i>poli & Philibe.</i>
		Præses	HÆMIMONS Hadrianopolis: <i>An-</i> <i>drinople.</i>	
THRA-	THRA-	Præses	RHODOPE Maximianopolis: <i>Ma-</i> <i>minopoli.</i>	
CIAE.		CIAE.	Præses	MYSIA SECVNDATA Mactianopolis: <i>Prouaz.</i>
			Præses	SCYTHIA Tomi: <i>Constantia</i> , seu <i>Tomesuar.</i>

§. 4. *Præfectus Prætorio Illyrici.*

DIOE-	VICA-	Præses	MOESIA PRIMA Viminacium: <i>Vnczidernam.</i>
CESIS		RIVS	Præses
		Consul	DACIA MEDITERRANEA Neffus: <i>Nyssa.</i>
DA-	DA-	Præses	DARDANTA Scupi: <i>Vschup</i> , seu <i>Vscopie.</i>
CIAE.		CIAE.	Præses

PRO-

	PROCONSUL	} ACHAIÆ	} Patræ: <i>Patras.</i> Athenæ: <i>Setines.</i>	
	ACHALÆ			
DIOE- CESIS	VICA- RIVS	Consul.	MACEDONIA PARVA Theſſaloni- ca: <i>Salonichi.</i>	
		Præſes.	THESSALIA Lariffa: <i>Larizo.</i>	
MA- CEDO- NIÆ.	MA- CEDO- NIÆ.	Consul.	CRETA Gnoſſus: <i>Cynoſa.</i>	
		Præſes.	EPHROSUS VETVS, ſeu INFERIOR Nicopolis: <i>Præneſa.</i>	
		Præſes.	EPHROSUS NOVA, ſeu	} Dyrrachium: <i>Duras.</i>
			SUPERIOR, ET PARS MACEDO- NIÆ SALVTARIS.	

CAPVT VII.

Totius orbis penes recentiores diuiſio.

FERME ad finem ſeculi decimi quarti orbis terrarum in tres partes diuidebatur. Sed eo tempore ex Europæis Chriſtophorus Columbus primùm, mox Americus Veſpucius nobiles Argonautæ nouos detexere tractus: quorum veſtigiiſ inſiſtentes Hiſpani, Angli, Galli, Bataui tantumdem terræ detexere, quantum ab antiquis cognitum erat, & ſuis coloniis regiones ampliffimas impleuere. Viſque adèd minima orbis portio populofa eſt, vt eius colonis capiendis vix orbis vniuerſus ſufficiat.

Ab hoc tempore orbis diuiſus eſt primùm in antiquum orbem & nouum.

Orbis Antiquus, in quo

EVROPA iam veræ ac ſinceræ Religionis alumna, & nutrix; cuius ope maximè vbiq; terrarum Chriſtus colitur, Vrbes habet ampliffimas Lutetiam in Galliâ *Paris*, Conſtantinopolim, ſeu *Stamboul*, in ditione Turcicâ. Montes Pyrenæum *les Pyrenées*, Alpes *les Alpes*, & Carpathum *Crapax*. Fluuios Rhenum *le Rhin*, Danubium *le Danube*, Tanaïm *le Don*.

AFRICA Europæ ſubiaceret, & ab eâ Mediterraneo mari dirimitur, per Æquatorem ſecta; vrbes habet celebres Cairum *le Cai-re* in Ægypto, Marocum *Maroc* in Barbariâ, Amaram *Amara* in Æthiopia. Montes Lunæ vnde Nilus exiſtit, & Atlantem vulgò

N

Montes Claros. Fluuios Nilum *le Nil*, Nigrum *le Niger*. Nigrum Ptolemæi *le Ghir*.

ASIA nobis aliquando *le Leuant* Europæ & Africæ subtenditur, vbi vrbes illustres Hierosolyma *Hierusalem*, Babylon *Bagdet*, Hispahamum *Hispaham* in Perside, *Agra* Mogoris Regia, *Goa* Indiarum præcipua, Nanquinum *Nanquin* Sinarum, *Cambala* Tartariæ, aut *Cataia* veriùs. Fluuij Euphrates *le Frat*, Indus *l'Inde*, Ganges *le Gauga*, &c.

Novus Orbis.

AME-
RICA. } SEPTENTRIONALIS discreta à Meridionali per Isthmum, vbi duæ vrbes *Panama*, & vrbs Nominis Dei *Nombre de Dios*. Vrbs celeberrima huius tractus, *Mexicus le Mexic* vnde & hæc regio *America Mexicana* aliquando dicitur. Montes *Apalataxi d'Apalatay*, & Noui Mexici *du nouueau Mexic*. Fluuius S. Laurentij vulgò *de Canada*.


RICA. } MERIDIONALIS quam fretum à Magellanica disternat, dicta aliter *America Peruuiana*, vbi vrbes illustres *Lima* in Peruuia, *Cathagena* in noua Granata; *Assumptionis Ciuitas* in Paraquaria: *Pernambucus* in Brasilia. Fluuij Argenteus *Rio de la plata*: Amazonum, *des Amazones*, *Paria*, *Ourinoque*. Montes denique, *de los Andes* per totam hanc regionem ab Austro in Boream excurrentes.

TERRA BOREALIS INCOGNITA. Continet *Islandiam*, *Nouam Zemblam* ab Asiâ discretam per angustias *Vegatias*, seu Fretum *Nassouicum le destroit de Vvaignatz ou de Nassau*; *Groënlandiam* de quâ falsa, aut parum certa circumferuntur; Regionem, vel Insulam montium Acutorum vulgò *Spitzberg*, cum multis sinibus, & fretis.

TERRA AVSTRALIS INCOGNITA aliter *MAGELLANICA* dicta ab eo qui illam primus detexit. Ibi Regio *Flammaram* vulgò *Terra del Fuogo*, aliter *Staten-land*, nobis *la terre des Estats*, ad fretum *Maërium* protensa, *le destroit du Maire*. Item *Terra Beach*, *Regio Concordiæ*, *Noua Guinea* Insulis Indicis supposita; cum multis insulis à Fretto *Magellanico* ad eandem *Guineam* littus *Magellanicæ* prætextentibus, de quibus postmodum aliqua cum *Hexmando Gallego* dicemus.

HOC EST PVCTVM QVOD INTER
 TOT GENTES FERRO ET
 IGNE DIVIDITVR.
 O QVAM RIDICVLI SVNT MOR-
 TALIVM TERMINI.


Sen. prænat. Quæst.



A PARIS,

*Chez Mich. van Lochem, Graveur et Imprimeur du Roy pour les tailles douces,
 demeurant rue S. Jacques, a la rose blanche couronnee.*

*Inter pag.
 98 et 99.*



LIBER SEXTVS.

DE MARIBVS.

MARE (à Platone apud Strabonem lib. 7. περιηροδιδασκαλον, & ab iis fugiendum qui benè moratam Remp. habere vellent) creditum est ab Antiquis rei literariæ luminibus terram omnem ambire. Ita cecinit Orpheus Eustathio teste: ita Homerus à quo ideò dictum est ἀπορροον quod in se redeat, & refluat. Legatur Strabo lib. 1. vbi id fusè probatur. Dixi antiqua rei literariæ lumina. Scio enim Ptolemæum, & eius asseclam Marcianum Heracleotem hanc maris ἀπορροισιν vehementer improbasse. Herodotus autem in Melpomene saltem eâ de re dubitauit.

Iam verò Mare hoc in genere diuiditur in *Exterius*, & *Interius*. De Interiori agemus cap. 3. *Exterius* ita dictum est quod extra columnas Herculis extenderetur; & propriè dicitur *Oceanus* à voce Ωκεός quòd reciprocationibus cōcitatissimè feratur vt vult Polyh. cap. 26. vel à voce Κυάρεος, vt ait Isidor. quam tamen malè vertit *purpureus*, cùm *ceruleus* exponere debuisset. Dicitur & *Atlanticum* & *Magnum*, ait Suidas, de quibus nominibus mox agemus. *Oceanus* autem ille, in quatuor partes ab omnibus antiquis dispescitur: quâ spectat *Ortum* vocatur *Eous*; quâ *Occidentem*, *Occidentalis*; ad *Boream*, *Septentrionalis*; ad *Meridiem*, *Australis*: de quibus agendum nobis singularim.

CAPVT I.

De Oceano Eoo, Australi, & Occidentali.

§. 1. *De Eoo.*

EOVVS seu ORIENTALIS à voce ἠός nomen habet. Malè Dionysio Afro *Indicum* mare appellatur, quantumlibet eum excusare nitatur eius interpret Eustathius, nisi Sinas cum Indis confundere velimus. Apud Solinum cap. 26. fit mentio Oceani

N ij

MARE EXTERIVS SEV OCEANVS, LE GRAND OCEAN, SECVNDVM ANTIQVOS ATLANTICVS.

E O V S } Eovs : ab Oriente sic dictus, partie de la mer de la Chine; Archipel de S. Lazare & l'Anchidol.
 la mer du }
 Levant. } S E R I C V S : à Seribus populis nomen accepit, partie de la mer de la Chine.

OCCIDENTALIS, la mer Occidentale, ou du Ponant, & l'Ocean Ethiopique du costé d'Occident.

S E P - T E N - T R I - O - N A - L I S .	B R I - T A N - N I - C V S .	C A L L A I C V S à Callæcis, ceux de Gallice : partie de la coste de Biscaye.
		C A N T A B R I C V S , à Cantabris, ceux de Biscaye: partie de la coste de Biscaye.
		A Q V I T A N I C V S , la coste de Guienne.
		V I R G I N I V S , partie du Canal de S. George, ou de Farisi, vulgò, Mor Veridh.
		B R I T A N N I C V S , la mer Britannique, ou la Mâche.
		G E R M A N I C V S , aliter MORIMARVSA, la mer d'Allemagne, ou Germanique.
		H I B E R N I C V S , partie du Canal de S. George, ou de Farisi, vulgò Mor Veridh.

A R C - T O V M M A R E .	A L M A C H I V M , seu SCYTHICVM, la mer des Tartares, ou de Tabin.
	C H R O N I V M , seu SARMATICVM, Niarenmore : & Peizorke : & Mirmanskou.
	P I G R V M , vbi Thule, partie de la mer Caledonienne.

A V S T R A L I S , la mer Australe, quibusdam la mer des Indes.	E R Y T H R A E V S } la mer rouge.	I N D I C V S , la mer des Indes.
		A R A B I C V S S I N V S , la mer de la Mecque.
		P E R S I C V S S I N V S , le Golphe Elcatif.
	A R A B I C V M M A R E , coste d'Arabie.	
		E T H I O P I C V S , l'Ocean Ethiopique du costé d'Orient.



SERICI, vbi etiam ab Eoo distinguitur; sed fortè vt species à genere. Itaque pars Oceani Orientalis versus Boream dicta est *Oceanus Sericus*, pars Meridionalis nomen generis retinuit.

§. 2. De Oceano Australi.

GRÆCIS Νότιος nuncupatur & Μεσημβρινή θάλασσα, item & *Indicum Mare* à plerisque veterum; sed tum pars pro toto vsurpatur: nam diuiditur in mare *Indicum*, *Erythraeum*, & *Aethiopicum*.

INDICVM dicitur mare ad fauces vsque Sinus Persici, & nomen habet ab *Indis* populis, licèt & alias gentes Imperij Persici alluat.

ERYTHRÆVM mare, seu RVBRVM porrigitur à finibus *Carmanix*, ad *Frassum* vsque Promontorium, iuxta Ptolemæum, qui *Aethiopicum* non agnouit; meliùs ad *Aromata* pro. le *Cap de Guardafu*. Diuiditurque in tres partes apud Plinium lib. 6. cap. 24. in duas effusiones seu Sinus *Persicum*, & *Arabicum*, quem Eustathius *Aethiopicum* nominat, & mare vtrumque committens quod *Azanium* Oceanus dicitur, apud Scriptores vitæ Alexandri *Arabicus*. Quidam tamen existimant *Azanium* Oceanum complecti simul *Aethiopicum* & *Erythraeum*, quod non ausim improbare. Dicitur autem *Erythraeum* vel *Rubrum*: *Primò* à colore apparente qui à sole existit, vt vult Strabo; vel à reflexione montium combustorum vt credit Eustathius. *Secundò* à fonte miniato qui in hoc mare cadit; ita Ctesias Gnidius apud Strabonem. *Tertiò* ab *Erythra* homine Persa, cuius auspiciis in insulas huius maris Colonix deductæ sunt, sic Agatharcides. *Quartò* ab *Erythra* Persei filio qui in Ogyri insula regnavit, vt ait Plinius. *Quintò* ab arenis flauis; *Sextò* à pluuiis decurrentibus ex montibus quos adurit Sol; quarum opinio- num meminere Plinius, & Eustathius.

ÆTHIOPICVS cuius meminere Dionysius, & Solinus, apud quem tamen perperam nominatur *Ægyptius* cap. 26. pars νοτιὰς θάλασσης ab Eustathio nuncupatur.

§. 3. De Oceano Occidentali.

DICITVR aliter *Atlanticus* ab Atlante monte Mauritanix:

Hæc tamen vox apud Tull. 7. de Rep. tribuitur toti *Oceano*. Item *Hesperius* ab Hespero Stella; unde & mare *Vespertinum* apud Martianum Capellam appellatur. Præterea *Magnum* apud Plinium lib. 3. cap. 5. Quod nomen sumitur quoque apud Ciceronem pro toto Oceano.

Iam verò limites eius statuuntur à Ptolemæo linea ducta ab *Artabro* Promontorio ad *Hiberniam*; nam quidquid ab hac lineâ in Orientem vergit tribuitur Oceano Boreali: quamquam Historici loquantur aliter, cùm Plutarchus in *Cæfare Gallicum fretum* in Atlantico collocet, & Zosimus tradat *Rhenum* in Atlanticum effundi.

CAPVT II.

De Oceano Boreali.

OCEANVS ab Artabro Prom. le Cap de Fine terre, ad Septentrionem diffusus aliquando *Borealis* sæpè *Septentrionalis*, nonnumquam *Arctous* nominatur. Quamquam *Arctoum Mare* maxime de eo dicatur quod Britannicis insulis circumfunditur, & *Britannicum* ferè dicitur. Itaque Oceanus Borealis rectè diuiditur in *Britannicum* seu *Arctoum* & *Hyperboreum*, seu *Glaciale*, illud complectitur *Callaicum*, *Cantabricum*, *Gallicum*, *Verginium*, *Hibernicum*, *Deucaledonium*, *Britannicum* propriè dictum, *Germanicum*; hoc *Almachium*, *Chronium*, & *Pigrum*.

§. I. De mari Britannico, vel Arctoo.

CALLAICVS Oceanus nobis suggeritur à Plinio lib. 4. cap. 21. & 22. vbi perperam vocatur *Gallicus*, in vulgatis Codicibus; sed cùm certum sit apud Plinium *Gallicum*, non vltra *Pyrenæum* procedere, sequimur M. S. A *Callaicis*, vel *Gallecis* nomen habet, & ab *Artabro* Pro. ad *Scythicum*, aut paulò vltra promouetur.

CANTABRICVS reliquam Hispaniæ oram alluit ad *Pyrenæos* vsque montes. Ptolemæus tamen quia *Callaicum* omisit, huc ad *Artabrum* Promontorium promouet. At Marcianus Heracleotes capite *de his Isetis*, cum *Arctoum* de nomine communi dicit.

GALLICVS secundum Plinium lib. 4. cap. 19. à *Sequane* Fl. ostiis ad *Pyrenæum* porrigitur, licet aliquid deesse apud Plinium quidam suspicentur, & Gallicum non esse ultra *Ligeris* Fl. ostia extendendum. Certè Ptolemæus, & Heracleotes ab *Ligeri* ad *Pyrenæum*, *Aquitanicum* collocant, quem Tibullus *Santonicum* appellauit.

VERGINIVS seu VERGIIVS nomen habet à *Vergiuo* Prom. alter *Octopitarum*, vt vult Cambdenus, & Meridionalem *Hiberniæ* oram, simulque extremam *Albionis* partem Occidentalem alluit, vt aiunt Ptolemæus & Heracleotes; sed apud hunc *Ἐργήιος*, & *ἠορζόιον* corruptè vocatur.

HIBERNICVS *Ἰβερνίος* Ptolemæo, nisi sit legendum *Ἰβερνός*, vt eius sectarius Heracleotes scribit, Hiberniam ab Albione fecernit. Apud Solinum cap. 25. dicitur: *Mare inquietum toto anno, & vadofum, nec nisi pauculis diebus æstiuis nauigabile. Nauigari vimineis alucis, quos circumdant ambitione Bubalorum tergorum. Freti latitudinem esse 120. Mil. Pass.*

DEUCALEDONIVS Ptolem. *Δευκαλιδώνιος*, quem etiam supra Septentrionalem oram extendit à *Nouanto* Pro. ad *Taruedrum*. Sed situ Ptolemæico ex infra dicendis restituto, Deucaledonius Oceanus Occidentalem Albionis partem, & latus Boreale Hiberniæ alluet, cuius loco perperam Ptolemæus *Hyperboreum* affixit, qui meliùs Albionis Septentrionalem oram ab *Taruedro* seu *Orcade* Pro. ad *Veruuium* allambet: sicque rectè omnia concinent; quam coniecturam video Abrahamo Ortelio non displicuisse. *Deucaledonius* dicitur à Syluâ *Caledonia* percelebri, in hoc tractu.

BRITANNICVS *Πρετανικός* Heracleotæ: Plinio lib. 4. cap. 19. *Rheno* & *Sequanâ* fluuiis coërcetur; apud Ptolemæum ab ostio *Orientali Rheni* ad *Gobaum* Pro. Gallix porrigitur: Heracleotæ verò à *Gobæo* ad Galliam Belgicam extenditur, cuius littus Arcteo Oceano verberari ait.

GERMANICVS Ptolemæo *Γερμανίος*, apud quem extenditur ab *Orcade* Prom. ad *Cantium*, & exinde ad *Orientalè ostium Rheni* producitur: vel meliùs secundum emendatum Ptolemæum eius initium non ab *Orcade*, sed à *Veruuiio* desumetur. Nec dissentit à Magistro suo Heracleotes, nisi quod Germanicum Oceanum terminat *Ostio Rheni Occidentali*, non *Orientali*. Iam verò ab alterâ parte ab *Ostio Rheni* ad promontorium *Rubeas* hodie *Nort Cap*, seu

seu *Nortkim*, extenditur Plinio teste cap. 13. lib. 4. vbi ex Philemone notat hoc mare ad Rubeas Prom. à Cymbris *MORIMARVSA* cognominari, quæ vox *Mare Mortuum* sonat. Quæ verba duplicem patiuntur expositionem: prima est Cluuerij, qui vocem hanc à *Cymbris* sumit pro *Cymbricâ Chersoneso*: altera apud *Cymbros* significare putat, tum quia absurdum esset mare ad Daniam dictum esse *Mortuum*, tum quia malè ingentem peninsulam pro termino Plinius vsurpasset. Claudianus Germanicum *Cymbricum* appellat, siquidem in eum effundit Fl. Rhenum.

Germanici effusio est *MARE BALTHICVM* de quo veteres tubanter admodum scripsere, aliter *Codanus Sinus*, & *Balthicum* mare dicitur ab insulâ *Balthia*, cuius meminit apud Plinium *Timæus*, *Diodoro*, & *Pythæa Bassia*. *Codanus* autem ab insulâ *Codanonia*, cuius mentio apud *Melam*, quia satius maria à terris, quàm terras à maribus accipere nomen.

§. 2. De Mari Concreto seu Glaciali.

Hvrvs Maris reperio nomina plurima: nam aliquando *Hyperboreum* appellatur, quòd hinc frigidior ventus existeret: aliquando *Concretum* *πετρωδός*; aliquando *Mortuum* *νεκρον*, ob debilem Solis illic potentiam, vel quia nullis æstibus aut motibus hoc mare crederent veteres intumescere; *Cymbris* autem *Morimarusa* vt suprâ inuimus. *Iuuenalis* Satyra 2. *Glacialem* dixit, quoniam gelu totum rigere plerique veterum putauere; licèt id *Galenus*, atque *Macrobius* constanter inficiati sint, dixerintque aquam tantùm in mari concrefcere, quæ ex fluminibus defluens nondum falsuginem contraxisset: quod verissimum esse recentes *Argonautæ* detexere. Et verò quomodo vehemens hic æstus maris fluctus concrefcere pateretur? vt pluribus ostendit *Paulus Merula*, qui *Cosmographiam* suam *Batauis* consecrauit, à quibus facilè mendacij potuisset argui. Mare autem hoc *Concretum* diuiditur apud probatos auctores in *Almachium*, *Chronium*, & *Pigrum*.

ALMACHIUM tradit *Hecatæus* apud *Plin.* lib. 4. cap. 13. nominari Oceanum Septentrionalem, & hanc vocem significare linguâ *Scythicâ* *Mare congelatum*: quod extendi puto ex verbis *Plinij* ab Oceano *Eoo* ad Fl. *Paropamisum*, quem *Ptolemæus* *Oechardem* appellare videtur, licèt contrà sentiat *Cluuerius*, qui

hîc multa turbat, atque confundit: probabile est quoque dictum esse SCYTHICVM.

CHRONIVM seu *Saturnium* porrigitur à Fl. Paropamisio ad *Rubeas Prom.* vulgò *Nort Cap*, aut *Novikin* ex Plinij mente, atque dictis. Sic autem appellatur vel à virilibus Saturni huc proiectis, vel à planetâ Saturni hîc dominante, vel quod hîc regiones abundant plumbo, ideóque carcer Saturni finguntur à Mythologis: at plumbum exprimi nomine Saturni à Chymicis quis ambigit? Quod autem Dalecampius hanc dictionem *Chromium* deflectit à voce *Groenland* minimum vaticinatur.

PIGRVM supra Scotiam versus Thulem & *Rubeas Prom.* extendebatur, & à Tacito *immutum* dicitur, & *grave remigantibus*, & ne ventis quidem attolli posse. Cuius lentoris multas causas proferunt veteres. Tacitus, Dionysius & Eustathius id referunt in Solis abcessum. Tacitus putat quoque tantam molem non posse vento commoueri. Festus Auienus credit nullos hîc ventos esse, quia hîc terræ rariores ex quibus exhalatio ventorum materies, quod ex libris Olai refutatur. Idem Festus causam refundit in algam marinam, quam *Fucum* appellat, quâ irretiuntur naues. Himilco Carthaginienſis qui eodem tempore Iustravit Borealem plagam, quo Hanno Australem, lentum hoc esse scripsit mare ob belluas, & pisces innumeros inter quos reptât potiùs naues, quàm procedunt. Pytheas denique Massiliensis apud Strab. lib. I. vulgavit hoc mare *Εοικὸς πνεύμονι θαλάσσιω*, simile *pulmoni marino*, ideóque *μήτε πορευτὸν, μήτε πλωτὸν εἶναι*, neque pedibus, neque nauibus traicci posse, cuius se mendacij testem profiteretur.

CAPVT III.

De Mari interno in genere.

DE hoc mari quatuor consideramus in præsentia, Nomen, Coniunctionem, Ortum, Diuisionem.

NOMEN I. & communissimum *Mediterraneum*, quod medias terras subeat. II. *Interior* ἢ ἕσω θάλασσα, ob eandem causam. III. *Pontus* apud Herodotum in Melpomene, vbi ait Geryonem ἔξω Πόντου habitasse *extra Pontum*. IV. Scriptoribus Latinis & Græcis *nostrum* ἢ κατ' ἡμᾶς. V. Videtur à Pomponio Mela lib.

1. *Lybicum* nominari, vnde & à Luitprando Ticinensi *Africanum* appellatur. v. *Mare Magnum* tam apud Sacros quàm Prophanos auctores vocatur. *Mare Tharsis* ei proprium non est, sed Oceano quoque conceditur in sacris Codicibus. vii. Denique Solinus cap. 26. hoc quoque *Mare Oceanum* appellauit.

CONIUNCTIO vtrum fuerit à initio mundi videntur plerique veterum negasse. Diodorus Sic. lib. 5. cap. 2. Strabo lib. 2. Seneca lib. 6. Natur. quæst. cap. 29. Plinius lib. 3. in Procemio, & lib. 6. cap. 1. Solinus cap. 26. vt Poëtas omittam. Eratosthenes apud Strabonem duas proponit rationes quibus id conficiat, quas idem Strabo irridet non confutat, prima erat de diuersitate soli, altera de *tanîâ* sub mari latente. Quomodo autem hæc duo maria, olim separata, coniuncta sint, duæ reperiuntur antiquorum opiniones. Prima est Mythologorum, qui hoc affingunt Herculi, quibus & subscribit Diodorus Sic. lib. 5. cap. 2. Altera id tribuit Oceani æstibus, cuius auctores Seneca lib. 6. Nat. quæst. cap. 29. Plinius lib. 6. cap. 1. Eratosthenes apud Strabonem modum distinctiùs explicat cùm ait, Fluios priùs stagnantes, deinde mari receptos, loca hæc detexisse quæ priùs *Palustria* erant *πυλωδία*. Faucet & huic opinioni, qui apud Marianam lib. 1. Rerum Hisp. dicunt, montes illos quos *Columnas Herculis* vocant, aggere comportato excitatos esse.

ORTVS Mediterranei maris à veteribus in controuersiam reuocatus est, inquit Solinus cap. 22. *Aliqui* ex Oceano prodire putauerunt, inter quos numerabis auctorem lib. de mundo. *Alij* ex Ponto dixerunt existere, quia ab Euxino æstus profluus nunquam recipitur, quod argumentum non inane Solinus vocat, cuiusque meminit Plinius lib. 4. Et nos aliàs hanc quæstionem iterum expendemus. In præsentia statuimus, à primo rerum molitore sic esse fusa maria, vt aliqua terram circumluerent, alia eandem subirent.

DIVISIO quoque illius maris non vna proponitur ab antiquis,

Prima est Strabonis lib. 1. in *Dextrum* latus & *Sinistrum*; hoc *Europam*, illud *Africam* putat alluere.

Secunda est Plinij, Solini, & aliorum in quatuor sinus. *Primus* à freto Gaditano ad Siciliam extenditur: *Secundus* à freto Siciliæ, ad montes Acroceraunios: *Tertius* hinc ad Hellespontum: *Quar-*

tus Ponto Euxino conficitur.

Tertia est Pomponij Melæ in tres tantum Sinus: sic enim loquitur cap. 3. lib. 1. Mare quod primo Sinu accipit Ægeum dicitur: quod sequenti in ore Ionium, Adriaticum interius: quod ultimo nos Tuscum, Graij Tyrrhenum perhibent.

Quarta est Strabonis lib. 2. in 5. Sinus, nam quatuor Plinianis addit quintum, quod oppositum Euxino vocat ad dextrum Asiæ Minoris latus, conflatum ex Ægyptio, Pamphylo, & Illico; quem vnâ voce Eustathius in Dionysium Παρθένος κόλπον appellauit.

Quinta est Solini cap. 26. vbi mare interius ita diuidit: Ægyptium Pelagus Asia datur: Gallicum Europe; Africum Libye: his vt queque proxima sunt venerunt in partes partium. Sed hac diuisione Ægeum, & Euxinum excludit.

Sexta est Aristotelis 2. Meteor. cap. 1. vbi agit de profunditate maris, & sic enumerat hæc nomina, Πόντος, Αἰγαῖος, Σικελικός, Σαρδονικός, Τυρρηνικός; vbi tamen transpositio irrepfit, nam Tyrrhenum præcedere debet Sardoum.

Septima denique ex omnibus illis conflatur, diuiditque mare Interius in Sardoum, Tyrrhenum, Ionium, Ægeum, Euxinum, Parthenium, Libycum: quibus iunges Caspium, siquidem hoc cum Euxino iunctum cuniculis, plerique contendunt.

CAPVT IV.

De Sardoo & Tyrrheno.

§. 1. De Sardoo.

SARDOVM mare dicebatur quidquid à freto Gaditano ad Sardiniam porrigitur, vt ex Aristotele constat 2. Met. cap. 1. Eratosthene apud Plinium lib. 3. cap. 3. Strabone lib. 5. Polybio denique lib. 3. apud quem Rhodanus Fl. cadit in Sardoum mare.

Sed amplum illud maris spatium varia fortitur nomina, ex regionibus quas alluit, ea nos ex Ptolemæo, Strabone, Plinio, Melæ, & aliis colligemus.

IBERICVM ab vtroque latere Libyæ, & Europæ decurrit, & nomen habet ab Ibero nobilissimo Hispaniæ fluuio. Eius limites Ptolem. assignat versus Hispaniam Charidemi Prom. versus

Mauritaniam *ostium Fl. Malue*, Strabo tamen lib. 2. & Scylax versus Europam hoc ad Rhodanum fluuium promouent: Dionysius toti Hispaniæ coextendit, quod & Plinius facit, sed HISPANICVM vocat: Ioannes Mariana Hist. lib. 1. cap. 13. Ibero Fl. coërcet, sed auctorem antiquum non laudat.

BALEARICVM ab insulis Balearibus dictum quas alluit apud Ptolemæum ab *Charidemo* Prom. ad *radices* montis *Pyrenæi* extenditur.

GALLICVM ab eodem *Pyrenæi* pede ad *Varum* Fl. Italiae limitem effunditur. Apud Solinum *Oceanus Gallicus* vocatur, à Strabone *Ora Celtica*, ab Eustathio *Galaticum mare*.

LIGUSTICVM apud Ptol. duobus fluuiis restringitur *Varo*, & *Marcallâ*, vulgò *Macra*, & ad Oram *Corfiæ* dilatatur. Prolaris autem Liguria limitibus ad *Arnum* vsque fluuium extensum est; sicut & olim *Rhodanum* vsque, vt ex Scylace colligimus. Apud Eustathium pars eius mare CYRNIUM nominatur videlicet ad *Corficam* quæ & *Cyrnos* dicta est. *Αλμυρόν* apud Dionysium non propriè, sed Poëtico flexu appellatur, sicut & *Λιγυστία ἀλμύ* *Ligustica salugo*.

SARDOVM propriè dictum insulæ *Sardinie* occiduum littus lauat, & *Mauritaniam Casariensem* inter fluuios *Maluam*, & *Ampfagam*. Hoc Mare ait Dionysius *μορμύραθεν* *infremere*; quam vocem reddit Priscianus *linefcere*, non malè, ob eius profunditatem cuius Strabo, Plinius, & Aristoteles meminere. Quod autem apud Strabonem *Xilandri* Latinum legitur iunctum *Cretico*, *Siculo*, & *Myrtoo*, ineptè vox *Myrtoum* irrepsit, quâ Græcus textus caret, quod Casaubonus non aduertit.

§. 2. De Tyrrheno Mari.

TYRRHENVM mare à Tyrrhenis piratis nomen habet, qui hoc mari potiti sunt, vt ait Dionysius; aut vt eius Scholiastes hîc sui latrocinij fixere sedem: vel vt ait Isidorus, quod in illud sese præcipitassent. Dionysius *Halicarnasseus* AVSONIVM quoque dictum esse ait, ab *Ausonibus* populis eius oram incolentibus. Dicitur aliter & TVSCVM, item & INFERVM; apud Plinium NOTIVM pro quo malè legitur apud Solinum *Ionium*. Eius autem maris limites apud Ptolemæum sunt *Marcalla* Fl. &

MARE INTERIVS SEV MEDITERRANEVM
SECYNDVM VETERES.

- SARDOVVM *proprie dictum* inter *Ampisagam* & *Maluam* in *Mauritaniâ* & ad *Sardinia* occidentum latus.
- SAR- DOVM. } IBERICVM à *Freto* ad Promontorium *Charidemi*.
 } BALEARICVM à Promont. *Charidemi*, ad *Fanum Veneris*.
 } GALLICVM à *Fano Veneris*, ad *Varum Fl.*
 } LIGVSTICVM à *Varo Fluvio* ad *Macram Fl.* aut *Arnum*.
- TYRRHENVM seu TVSCVM aut INFERVM, ab *Arno Fl.* ad *Fretum Siculum*.
- IONIVM *dictum* & Celticum & Chronium. } IONIVM *proprie dictum*, quidquid maris funditur à *Iapygiâ* Prom. ad *Garganum*, & à *Lisso Fl.* ad *Cassiopeum portum*.
 } SINVS ADRIATICVS, quidquid est maris supra *Garganum montem*, & *Lissum Fl.*
 } MARE AVSONIVM, seu SICVLVM, item & quibusdam *Hadriaticum* ab *Acrâ Iapygiâ* ad *Ceraunios montes*, & quidquid inde in meridiem vergit.
- ÆGÆVM. } CRETICVM quidquid interiacet inter Promontoria *Tenarum*, *Scyllæum*, cornu *Arietis*, & *Samonium*.
 } MYRTOVM à *Scyllæo* ad *Eubœæ Botealia*, & *Seriphum insulâ*.
 } MACEDONICVM ad *Macedoniam* & *Thraciam*.
 } GRÆCIENSE, ad *Helladem*.
 } ÆGÆVM *proprie dictum* continet *Græciense*, & *Macedonicum*, & à quibusdam promouetur ad *Lesbum*.
 } ICARIVM ab *Helleponto* seu *Lesbo*, ad *Gnidum urbem*, & *Seriphum insulam*.
 } CARPATHIVM } Ferè ista duo maria confunduntur, & continet quidquid porrigitur à *Gnido* ad *Lyciâ*.
 } RHODIENSE.
- PARTHIVM, seu SINVS VIRGINIS. } LYCIVM. Ad littus *Lyciæ*.
 } PAMPHYLIVM. Ad *Pamphyliam*.
 } ISSICVM, seu CILICIVM ad *Ciliciam*.
 } SYRIACVM. Ab *Ippo* ad *Corseum Fl.* & *Amathuntem Cypri*.
 } PHOENICIVM, quibusdam SIDONIVM, à *Corseo* ad *Gazam*.
 } IONIVM ALTERVM à *Gaza* ad *Agyptum*.
 } EGYPTIVM, seu PHARIVM à *Peluso* ad *Axillam villam*.
- LIBYCVM. } LIBYCVM *proprie dictum* ab *Axillâ* ad *Syrtim Maiorem*.
 } AFRICANVM, à maiore *Syrti* ad *Sardiniam*, & *Fl. Audum*.
- PONTVS EVXINVS. } Pars Orientalis } Separatè per lineam ductam à cornu *Arietis* Promontorio in *Tauricâ*, ad *Carambim* in *Asia Minore*.
 } Pars Occidentalis.
- CASPIVM, seu HYRCANVM. } SCYTHICVM à *Rhymnico Fl.* ad Orientem.
 } ALBANVM ad oram *Albania*.
 } CASPIVM à *Cyro Fl.* ad *Hyrcaniam*.
 } HYRCANVM ab *Hyrcaniâ* in Orientem.


MARIS MEDITERRANEI ANTIQVA DIVISIO.

In octid. Terris quibidam mare. Atl. Ital. lib. 3.

MARE CASPIVM SEV HYRCANVM.

OS PONTI EVXINI.

OS MEDITERRANEI.



Fretum Siculum. Certè de Fretò Siculo omnes penè consentiunt Scylax, Thucydides, Strabo, Plinius, Philostratus. Pomponius Mela lib. 2. illud mare restringit fluuio *Metauro*, qui paulò supra Fretum influit in idem mare. Procopius 1^o Vandalicarum ad *Gaurum* & *Melitam* insulas hoc extendit, & illas facit limites Tyrreni maris, & Adriatici. Dilatatur ab Dionysio, Afro, Eustathio, Prisciano, Auieno, qui illud ad Africam extendunt: Pomponius Mela ad Gallias vsque.

CAPVT QVINTVM.

De Mari Ionio.

REM aggredimur impeditissimam, & in quâ Philippi Cluerij etiam desiderata est industria. Nam Diatribâ, quam addidit Italiæ suæ, rem obscurasse videtur potius, quàm illustrasse. Dicit tamen potest hunc scetum tanti viri posthumum fuisse, quod ex aliquot lacunis, & mendis arguitur.

§. 1. *De Mari Ionio in genere.*

MARE illud quod Græciam inter Italiâque diffunditur à *Fretò Siculo* ad partem *Occidentalem Crete*, dictum est.

Primò CHRONIVM, inquit Apollonij vetus Scholiastes quod ad illud *Saturnus habitauit*: vel vt Eustathius à *Chroniâ* insulâ, quæ vbi sita fuerit, incòpertum est. Tzerzes etiam ait vocatum esse *Rheæ sinum*, sed auctorem non laudat.

Secundò CELTICVM: ita difertè vetus Apollonij Scholiastes ad lib. 3.

Tertiò IONIVM de quo nomine §. 6. Sic intelliges Poëtas collocantes Strophadas in *Ionio* mari. Dicitur aliter à Marone *Ionium immensum*.

Quartò ADRIAS & mare ADRIATICVM, vt agnoscitur ex Strabone lib. 2. & Philostrato 2. de Iconibus.

Quintò AVSONIVM ab Ausonibus Italiæ populis.

Sextò SICVLVM ab insulâ Siciliâ cuius latus Orientale aluit.

§. 2.

§. 2. De Mari supero.

MARE *superum* sic appellatum est, quod Italiæ parti Boreali incumbit; quoniam apud Geographos Septentrio pars dicitur *Superior*, ut *Meridies* nominatur *Inferior*, nisi fortè habeatur ratio Maris, aut maioris alicuius fluuij. De limitibus autem, & amplitudine maris superi tres inveniuntur sententiæ.

Prima eaque communissima *Siculo Fretò* mare Superum & Inferum diuidit. Ita ferè omnes Geographi, & Historici.

Secunda est Marciani Capellæ lib. 6. distinguentis duo hæc maria per urbem *Hydruntem*.

Tertia est Plinij lib. 3. cap. 26. per *Iapygiam* Prom. hæc maria determinantis: qui tamen parùm constanter in hoc negotio videtur locutus; ut ante me Cluuerius obseruauit.

§. 3. De Sinu Adriatico, seu Ionio.

MARE supra Italiam terras subiens *Sinus Adriaticus*, vulgò à veteribus dictus est, ab Scylace & Eustathio *Ionius Sinus*. Quamquam Plinius & Mela primam eius Sinus partem, seu Meridionalem *Ionium*, secundam & interiorem *Adriaticum* appellent. Iam illius fines consideremus.

DE INITIO huius Sinus quatuor sententiæ reperiuntur.

Prima est Scylacis hunc Sinum inchoantis à *Iapygiâ*, seu *Salentino* Promontorio, & montibus *Acrocerauniis*.

Secunda Plinij lib. 3. cap. 11. inter *Hydruntem* & *Apolloniam*, ubi breuissimus ex Italiâ in Græciam transitus, atque ubi Pyrrhus Epirota primùm, deinde Varro Classis Pompeianæ præfectus iter pedestre, iactis molibus, continuare voluerunt.

Tertia Polybij assignantis *Cocynum* Pro. hodie *capo de Stillo*.

Quarta denique Ptolemæi lib. 2. cap. 17. & lib. 3. cap. 1. incipientis hunc Sinum à *Gargano* monte in *Italia*, & *Lisso* flumine in *Illyride*.

DE FINE quatuor quoque leguntur sententiæ.

Prima est Procopij 2. Gothicorum claudentis *Ionium Sinum* ad *Rauennam*.

Secunda Ptole. lib. 2. cap. 17. ad Fl. *Tilauemptum*, vbi intimum Adriatici Sinus recessum constituit.

Tertia est Plinij, & Strabonis ad urbem *Aquileiam*.

Quarta denique Melæ lib. 2. cap. 3. ad *Tergestem* urbem.

Porro reperio eundem Sinum in tres partes diuidi: quæ enim Italix affunditur, *Italicum latus* dicitur: quæ Illyridem lauat *Illyricum* ita Strabo: denique pars intima Sinus *Mare Aquileiense*, apud Dionysium nuncupatur Πόντος Ακωλιός. Quod dixi de *Italico latere* intelliges apud Iustinum ad Fretum vsque Siculum extendi, cum ait lib. 22. Dionysium bellum mouisse in Græcos *proxima Italici maris litora tenentes*, Illyricum autem latus apud Scriptores mediæ ætatis inuenio *Dalmaticum* dici.

§. 4. De Mari Ausonio, seu Siculo.

ALTERA pars magni Maris à Prom. *Iapygia* in Meridiem *Ausonium* mare prius dicebatur, postea verò *Siculum*, vt ait Strabo lib. 2. Et *Ausonium* ab Ausonibus populis, quos tamen negat Strabo ad hoc mare habitasse. Alij Straboni repugnant, *Nicanter*, *Antonius Liberalis*, & *Suidas*. Exinde autem Siculis in Sicilia rerum potentibus dictum est *Siculum*, à Græcis, itémque γλυκῆα θάλασσα ob dulces cibos, & lautitias per illud ex Græciâ & Asiâ subuectas, vt notat ex Athenæo *Eustathius*.

Huius autem Maris limites sunt ex Strabone, ora *Orientalis Sicilia*, pars Italix à *Freto Siculo* ad Pro. *Salentinum*, exinde ad *Cretæ* Promontoria, & *Peloponnesum*.

Isidorus in eo inuenit *Achaicum*, & *Epiroticum* mare. Nam lib. 13. cap. 16. Ionium diuidit in *Siculum*, *Epiroticum*, & *Achaicum*: sed *Achaici* nullus veterum meminit, *Epirotici* tantum *Serulus* in 3. *Æneid.*

§. 5. De Mari Adriatico.

ADRIATICVM mare, seu *HADRIATICVM*, vt liquet ex marmoribus, Poëtis *Adriacum*, *Adrianum* *Scymno*, *Cicero*ni, & *Floro*, antea *ATRIACVM*, ait *Plinius* lib. 3. cap. 16. ab vrbe *Attria* Colonia *Tuscorum* in paludibus, vulgò *Septemmaria*.

Idem de Atriâ Strabo lib. 5. Paulus Diaconus rerum Longobard. lib. 2. cap. 19. perperam originem huius maris trahit ab *Atriâ* vrbe Piceni.

Eius Maris termini apud Ptolemæum lib. 3. cap. 1. 4. 14. 15. 17. à *Freto Siculo* ad *Iapygiam* Pro. *Ora Sicilia Orientalis*, in Epiro à portu *Castiopen* ad *Acheloum* amnem, *ora Corinthiaci Sinus*, *Peloponnesi* ora occidua & *Meridionalis Cretam* vsque. Vnde colliges *Adriaticum* Ptolemæi esse idem cum *Siculo* Strabonis, si eximas exiguam illam oram, quæ à iugis *Acrocerauniis*, ad *Castiopen* portum excurrit.

Diuiditur autem Mare Adriaticum pressius sumptum, in tres Sinus, de quibus in Italiâ distinctiùs, *Tarentinum*, *Scyllaccum*, & *Brutium*.

§. 6. De Ionio Mari proprie sumpto.

IONIVM, Ptol. *Ἰόνιον*, vnde dictum sit disputant eruditi, & adhuc sub iudice lis est. Quidam ab Ionum naufragio dictum volunt, perperam, nam *Ἴωνες* Græcè, *Ἰόνιος* verò *κόλπος* ita scribuntur; tamen legitur apud Polybium *Ἰόνιον*. Alij ab *Ione* Adriæ patre. Solinus & Marcianus Capella ab Ioniâ extremâ parte Italiæ, quæ sic dicta est ab *Ione* Naulochi filia quam Hercules interemit. Homeri interpres ab Ionio quodam ab Hercule cæso. Alij denique vt *Æschylus*, *Eustathius*, *Seruius* & alij plures, ab errore Ius Inachi filia.

Iam verò limites eius sic proponit Ptolemæus lib. 3. cap. 1. lib. 2. cap. 17. lib. 3. cap. 14. Ab *Iapygia* Pro. ad *Garganum*: à *Lisso* Fl. ad *Celidnum* amnem, & hinc ab portum *Castiopen*. Plinius paulo aliter de hoc Ionio loquitur: videtur enim illud constituere ex *Apolonia* ad *Hydruntem*; de aliis terminis secundum Plinium non est facile statuere. Sic intellige locum Liuij lib. 23. vbi Philippus Macedo tantum Ionio mari discretus ab Italiâ dicitur.

Obseruabis item hic Plinium aliter ab aliis loqui. Quem enim alij dixerunt *Ionium Sinum*, ille *Adriaticum* nominat, & quod illi *Mare Adriaticum* hic *Ionium*: in parte autem inferiori huius maris collocat *Ionium* & *Siculum*, cum alij tantum *Siculi* meminerint. Videtur etiam vltra alios extendere, cum *Ionium* diuidat in *Siculum* & *Creticum*, de quo §. 1. cap. sequentis.

*Atque hæcenus de impeditissimâ questione: de qua si expedire loqui vo-
lueris dices Ionium latè sumptum in tres partes diuidi, in Sinum Io-
nium, seu Adriaticum, Mare Ionium propriè dictum, & Mare Au-
fonium, seu Siculum.*

CAPVT SEXTVM.

De Mari Ægæo.

NEQVE minùs in hâc parte maris Mediterranei laborandum
fuit, propter auctores distractos in contraria.

§. 1. *De Ægæo Mari latè sumpto.*

PRIMVM hîc agemus de eius nomine, deinde de eius limiti-
bus. Quod ad nomen attinet,

Primò dictum videtur fuisse **CARICVM** vt legitur apud ve-
terem Thucydidis Scholiastem, quoniam Cares in Ægæi insulis
diu habitarunt, quos tandem abegit Minos, ex quo

Secundò vocatum est **MINOIVM**, vt dicitur ab Apollonio, &
aliquot eius insulæ Minoïdes.

Tertiò, **MARE GRÆCVM** tempore Thucydidis, vt ipse asse-
rit lib. 1.

Quartò apud Apollonium & Homerum dicitur **MELAS**, vel à
Melane filio Phryxi, vel à Fluuio Melâ qui in hoc cadit ex Thra-
ciâ in Sinum cognominem.

Quintò in Epitome Strabonis **ASIATICVM** dici videtur,
quandoquidem in eo & Cycladas, & Sporadas locat, & ad Troa-
dem, Macedoniam & Samothracen illud extendit.

Sextò denique apud Maronem 5. Æneidos **ARGOLICVM** *Argo-
licòque mari deprensus, &c.*

Terminos autem eius statuo 1. Hellepontum, 2. Mare Siculum,
aut Aufonium, 3. denique Parthenium seu Virginis Sinum. *Pri-
mum* omnes penè Geographi veteres asserunt: *Secundum* Plinius,
Melâ, Strabo: *Tertium* denique Dionysius, & ex eo Eustathius.

§. 2. *De Mari Cretico.*

CRETICVM ab insulâ Cretâ nomen habet, & cum Myrto

à Strabone confundi videtur: certè hinc Myrtoï nomen expunxit Ptolemæus & aliò transtulit, qui etiam Creticum extendit à Maleâ extremâ ad Sunium Prom. eoque includit aliquot insulas.

Sed satiùs in duo maria hoc spatium diuiditur; atque vt de Myrtoo taceam de quo mox, CRETICVM continet quidquid iacet inter *Tanarum* Laconia, *Scyllæum* Argia, *Cornu Arietis*, & *Samonium* Promontoria Cretæ, vt ex Strabone, Ptolemæo, Plinio, & Dionysio colligo. Quod enim apud Melam ad *Acritam* Pro. videatur extendi, vt apud Valerium Flaccum ad *Strophadas*, duo illi Scriptores parùm accuratè locuti sunt.

§. 3. De Mari Myrtoo.

MYRTOVM nuncupatum est, vel ab Myrtoo Onomai Aurigâ in illud à Pelope præcipitato: vel à paruâ insulâ quæ *cernitur Macedoniam à Geresso pesentibus*, vt loquitur Plinius lib. 4. cap. 11. vel vt ait Pausanias in Arcadicis, *ὑπὸ γλακίος Μυρτῶς*.

Limites illius sunt. Incipit à *Scyllæo* Prom. & terminatur ad *Sunium* Pro. Atticæ: Pausanias ad *Eubeam* extendit, imò & Plinius ad Eubææ Septentrionalia, si quidem ait Myrtoum totam Atticam alluere. Sed de limite Orientali difficultas maior, cui causam præbuere Strabo, & eius Epitomistes. Strabo enim tribuit mille ducenta stadia, ideóque ei assignat aliquot Cycladas; sed Epitomistes *ὑπὸ ἑσολικῶς* ad quatuor millia, & ducenta stadia protulit, quem parùm cautè hac parte secutus est Nicolaus Gerbelius; neque enim tanta est illius Maris amplitudo. Inducti sunt in fraudem viri boni, quòd longitudinem huius maris Strabo dixisset continere *σαδῖς ἀδὲ τετρακχιλίς, ἢ μικρῶ πλείς*, loqui credidere de longitudine sumpta *Γεωγραφικῶς*, non autem *Γεωμετρικῶς*. Sed nos iterum de hoc limite in *Icario*, cui committitur.

Supereft excutiendus Ptolemæus qui cap. 2. lib. 5. contra veteres omnes Myrtoum collocat inter *Samum* insulam, & Peninsulam vbi *Halicarnassus*, ac proinde inter *Icarium*, & *Rhodiense*. Nicolaus Gerbelius vt Ptolemæum tutaretur, eius sententiæ fautorem laudauit Horatium, qui lib. 1. Carm. Ode 1. statim post Myrtoum, *Icarium* appellauit.

Myrtoum pauidus naua secet mare;
Luctantem Icaris fluctibus Africum.

Sed hinc nihil conficitur; loquitur enim de maribus obnoxiiis tempestati. Et ut aliquid concedamus, ostendemus duo hæc maria inter se committi, sed ab Occidente in Orientem, non à Meridie in Septentrionem.

§. 4. De Mari Macedonico, & Græciensi.

MACEDONICVM non vni duntaxat affunditur Macedoniæ, sed littus Australe Thraciæ lauat: ita disertè Plinius lib. 4. cap. XII.

GRÆCIENSE Græciam alluit, & fortè est *Argolicum* Maronis lib. 5. Dictum esse videtur etiam *Ionium*, quod à Seneca in Thebaïde ad Hellespontum vsque promouetur:

Hinc quæ relinquit nomen Iouis maris

Fauces Abydi Sestos opposita premit.

Sicque *Ionium* illud diuidi potuit apud Plinium in *Siculum*, & *Creticum*.

§. 5. De Ægeo propriè dicto.

ÆGEVM mare dictum est, vel ut ait Festus Pompeius quod insulæ huius maris non malè repræsentent gregem Caprarum (*αἴξ Capra*) & fluctus ad illas Caprarum more lasciuire videantur: vel ut ait Plinius lib. 4. cap. XI. à Scopulo inter *Tenum* (malè *Tendum*) & *Chium*: vel ut Eustathius ad primum Iliados ab Ægeone pirata qui vsus est Eubæâ insulâ pro *Ἰπυρνεῖα*: vel denique ut mauult Strabo ab Ægis Euboicis. Termini illius maris varij à Strabone, & Plinio statuuntur. Strabo enim lib. 7. illud mare non affundit toti Thraciæ, sed ad *Strymonem*, (aut ut habet alia lectio) ad *Nessum* tantùm promouet; Ptolemæus autem extendere videtur ad Fl. Melanem Plinius verò cap. XI. lib. 3. Ægeum quidem mare, per Sinum *Melana* interruptit; sed lib. 5. cap. 2. promouet à *Sigæo* Prom. ad *Argenum* Pro. insulæ Chio respondens.

§. 6. De Icario Mari.

ICARIVM mare nomen accepit ab Icaro, qui liquefactis alis in hoc mare cecidit, ut mythologi; aut nimium extendens alas ventorum nauigio suo, hinc naufragium passus est, ut Palephatus

lib. 1. Tamen Strabo, lib. 14. & Plinius ab Insulâ denominatum malunt.

De huius amplitudine non leuis difficultas, seu Austrum, seu Boream, siue Orientem, siue Occidentem spectaueris.

Si Orientem consideres, reperies apud Strabonis Compactorem *Asiaticum* appellari: vbi tamen nonnulli audaciores pro *Ασιανική* reponunt *Ιχθελον*: sed apud ipsum Strabonem dicitur, quod *Ἐγέο* deinceps est, & ad illud *Ἐολidem*, *Ιουίαν*, *Καρίαν*, & *Λυκίαν* affigit, quibus verbis fatis exprimitur *Icarium* mare. Verùm discretè Solinus cap. 26. *Asiaticum* nominat.

De extensione in *Boream* duas inuenio sententias. *Prima* Ptolemæi lib. 5. qui *Icarium* mare inter *Argenum* Pro. & *Pyrrham* urbem restringit, & tres insulas eluere docet *Icariam*, *Chium*, & *Samum*. *Alterâ* Strabonis, qui lib. 2. *Icarium* inchoat ab *Helleponto*.

A Meridie disiungi puto per lineam ductam ab vrbe *Gnido* ad *Samonium* Pro. quod ex Strabone lib. 10. didici.

De termino Occidentali, qui *Myrtoo* Orientalis est, ita statuit Plinius lib. 4. cap. 11. *Icarium* mare dicitur, quod est inter *Samum* & *Myconum*. Sed hunc limitem magis promouet *Sophoclis* vetus *Scholiastes*, & eo *Delum* includit. Quod autem Plinius lib. 4. cap. 12. ait *Cycladas* & *Sporadas* circumfundi ab Occidente *Myrtoo*, ab Oriente *Icario*, sicut à Septentrione, & à Meridie verò *Cretico*, & *Carpathio*, tantum abest vt quæstionem soluat, quin potius confundit.

§. 7. De Mari *Carpathio*, & *Rhodiensi*.

HÆC duo maria in vnum reduximus, quoniam Strabo lib. 2. *Carpathium* protrahit μέχρι Ρόδου, apud quem, & perperam legitur ἡ Κύρως pro Καρπάθου. Meminit tamen idem Strabo *Rhody* maris, seu ἀναχύσεως Ροδίας. Plinius lib. 4. cap. 12. *Carpathium* coniungit cum *Cretico* ab Occidente, à Septentrione cum *Icario*, de aliis terminis tacet. Ptolemæus verò quamquam cap. 2. lib. 5. *Rhodiensis* maris terminos posuerit *Gnidum*, & *Caunum* in finibus *Lyciæ*, & lib. 3. cap. 17. latus Orientale *Cretæ* dixerit allui *Carpathio* mari: postea tamen vbi cap. 2. lib. 5. insulas commemorat permiscere videtur Ροδιακὸν ἔ Καρπάθιον. Item Strabo oblitus eorū quæ dixerat lib. 2. malè lib. 10. insulam *Co* in mari *Carpathio* locat.

CAPVT VII.

De Mari Parthenio, seu Sinu Virginis.

HVIYS vocis meminit Eustathius in Dionysium, Πέλαγος ἔξ Παρθένου κόλπου Ἐλάδου οἱ Παλαῖοι, ob Europam ex Phœni-
ciâ in Cretam per hunc maris tractum deportatam; Quare Mani-
lius lib. 4. sic cecinit de hoc mari:

Ille puellari donauit nomine fluctus,

Et monumenta sub hoc titulo sacrauit amoris.

Inde intelliges quare Ammianus Marcel. Orontem Fl. deuoluat
in mare *Parthenium*; itémque cur lib. 22. Issicum mare *Parthenium*
nuncupet. Ortelius *Parthenij* nomen à vrbe *Paratonio* deducit,
quæ apud Æthicum *Parthenium* appellatur. Dicitur aliter hoc
mare ab Eustathio *φάρα θαλάσσια*, à Solino cap. 26. vt præmonui-
mus *Aegyptium*, itémque etiam à Strabone lib. 10. Siquidem *Æ-*
gyptium Cretico, & Carpathio connectit. Vastus autem hic tra-
ctus maris in sequentia maria distribuitur.

LYCIUM à Lyciâ Asiæ Minoris Prouinciâ. Plinius in eo
Rhodum collocat. Sed Ptolemæus lib. 5. cap. 3. illud vrbe Lyciæ
extremâ *Calindâ* restringit ab Occidente.

PAMPHYLIVM à Pamphylîâ regione: de quo dissident Pli-
nius, & Ptolemæus; quorum hic *Crambusam* insulam in Pamphy-
lio collocat, ille in Lycio. Strabo lib. 2. *Pamphylum* cum *Lycio*
confundit; & illud extendit ad *Cyprum*. Sed hoc mare Strabo &
Eustathius *Κόλπος* vocant.

ISSICVM seu **CILICIVM** mare, inter *Cyprum* inf. & *Cili-*
ciam. Ptolemæus hoc ab vrbe *Sidra* inchoat: Mela ab *Anemurio*.
Item Ptolem. hoc Fretum vocat *Αἰθῶνα*, quam vocem Plinius lib.
5. cap. 31. Latinitate donauit: *Mare quod prætenditur vocant Aulona*
Cilicium. Ptolemæus partem eius facit *Sinum Issicum*, videlicet
intimum eius recessum ad urbem *Issum*. Strabo autem lib. 2. Ma-
re *Cilicium* cum *Issico Sinu* confundit; immo & Dionysius *Pam-*
phylum cum *Cilicio*: à quo & videtur aliter *Mare Sidonium* appel-
lari.

SYRIACVM statim ab vrbe *Isso* dicitur à Ptolemæo lib. 5.
cap. 15. & porrigitur ad *Corseï* Fl. ostia, qui in Sacris Codicibus

Tor-

Torrens Ciffon appellatur. Cap. autem 14. *Cypro* admouetur ab Occidente. Strabo tamen ab vrbe *Iffo* ad *Orthofiam* deducit.

PHOENIGIVM excipit Syriacum, & *Phœnicum* à Plinio vocatur. Παρολίαν Φοινίκην Strabo lib. 16. & ab vrbe *Orthofia*, *Pelufium* vsque promouet. Huc quoque pertinent quæ diximus de SIDONIO Dionysij in *Iffico*, quod vsque ad *Casium* montem Ægypti promouet, & *Phario* mari connectit.

IONIVM hîc constituit Eustathius in Dionysium à *Gaza* Ægyptum vsque; propterea quod quidam Gazam *Ionem* vocent; ideòq; in eâ vrbe statua Ius seu Lunæ colebatur sub formâ bouis: *Ἰὼ γὰρ ἡ Σελήνη ἐν τῇ Ἀρχαίᾳ διδάλετο.*

ÆGYPTIVM Dionysio, & Poëtis Mare PHARIVM, à *Pharo* insulâ Alexandria Ægypti adiacente, diuersos à diuersis terminos accepit. Nam iuxta Ptolemæum attingit *Cyprum*. Apud Strabonem *Egeæ* copulatur. Ab Oriente extenditur ab Eustathio ad *Sinum Ifficum*: Ptolemæus *Corseo* Fl. hoc coërcet; Dionysius à *Casio* Monte ad *Sirbonidem* paludem extendit. Ab Occidente denique apud Ptolemæum ad *Axillam villam* promouetur; ab aliis ad *Catabatum*, ab aliis *Ægypto* tantum coextenditur.

CAPVT VIII.

De Mari Libyco.

MARE quod Africam alluit à Septentrione Libycum dicitur; quia Græcis Africa *Libya* est. Ita protensum mare ab Ægypto ad fretum *Gaditanum* LIBYCVM vocant Mela, Plinius, Strabo, in quo Libycum propriè dictum, Africanum; itémque partes Sardoï & Iberici reperimus.

LIBYCVM propriè dictum, limitem habet ab Oriente Ægyptum, & apud Ptolemæum lib. 4. cap. 3. extenditur ab *Axillâ villâ* ad intimam *Syriam Maiorem*, hoc est, *Phileni villam* (aliis *aras*) ultra quam Ptolemæus Mare Libycum non promouet. Apud eundem lib. 3. cap. 17. ad *Crete* australia propagatur: itaque ad Peloponnesum non excurrit, sed restringitur lineâ à *Pachyno* Pro. ad *Cornu Arietis* *Crete* deductâ: quandoquidem disertè asserit lib. 3. cap. 17. Peloponnesum à meridie *Adriatico* perfundi.

AFRICANVM Ptolemæo, Melæ *Africum* à *Villâ Phileni*, in-

Q

timóque *Syrtis Maioris Sinu* ad Fluij *Ampfage* ostia protenditur, & inde ad *siciliam Sardiniamque* procurrit iuxta descriptiones Ptolemæi. De *Sardinia* asserit idem Mela. Quidam tamen Dionysium credunt *Siculum* mare ad *Syrtis* usque promouisse; sed hi verba Dionysij non satis intellexerunt.

Ptolemæus autem lib. 4. cap. 3. illud mare *Africanum* in tres partes seu Sinus diuidit, *Syrtim Maiorem*, *Syrtim Minorem*, & *Sinum Numidicum*: *Maiorem* cœrcet *Phleni*, & *Macomaca* villis: hinc ad *Tanam* urbem *Minorem* describit: reliquum tribuit *Sinui Numidico*, quem & promouet cap. 3. In *Mauritaniam Cæsariensem* ad *Audum Fl.* vel potiùs *Promontorium*.

De *SARDOO*, & *IBERICO*, quorum partes saltem *Libyco* adscribunt Mela, & *Plinius*, satis egimus cap. 4. huius libri.

CAPVT IX.

De Ponto Euxino.

HOC Mare perillustre ob fabulosas expeditiones, ideóque *Herodotus* in *Melpomene* hoc ἀξιοθέτω, & θαυμασιώτερον appellat. De quo sex expendemus.

§. 1. De nomine huius Maris.

OMITTAM hinc multa παραρρησά quæ tibi suggeret *Stuchius* in *Periplum Arriani*. Dictum est hoc mare.

Primum *PONTVS* κατ' ἐξοχὴν, vt ait *Strabo* lib. 1. Quia in eum quicumque nauigarent periti habebantur *Nautæ*. Dicere autem cum *Bocatio* libro de *Fluminibus*, & *Maribus*, sic appellatum esse quasi *Pontem*; quod hyeme concrefcens pedibus euntium teratur; vel à *Potu* quòd dulcescat aquis *Fluminum* influentibus, *Grammaticorum* more nugari est.

Secundum *EVXINVS*: vel ex *Antiphrafi*, vt ait lib. 22. *Ammianus Marcel.* quasi *Ironice* ἠξενος, vel ἀξενος, vnde *Quidius*,
Dictus ab antiquis *Axenus* ille fuit.

Et κακοξενος, quia *Tauri* eius accolæ *Dianæ Orchilochæ* *Hospites* huc delatos immolabant, & in eorum *Cranis* bibebant; vel sine vlla *Antiphrafi* ob alios mores illatos ab *Ionibus*, vt vult *Strabo* lib. 7.

Tertium NIGRUM mare, meminit huius vocis Appianus in Mitrid. Cuius coloris causam alij referunt in profunditatem, alij in aërem illic caliginosum. Hoc tamen negat Aristoteles dum quærit in Problematis, quare *Euxinus sit Ægeo candidior*.

Quartum CAVCASIVM apud Apollonium lib. 4. quoniam inquit Iornandes in Gothicis in illum Cauensus mons excurrit ad rupem *Marpesiam*.

Reliqua nomina eius sunt *Scythicum*, & *Sarmaticum*, Ouidio & Valerio: *Amazonium* Claudiano: *Cymmerium* Herodoto: *Ponticum* Plutarcho & Tacito: *Tauricum* Auieno: *Colchicum* Straboni: *Phasianum* Aristidi: *Tanaïs* Gothis apud Procopium. Vide Theaurum Ortelij.

§. 2. De origine huius Maris.

QUIDAM eius maris aquas ex Oceano per Fretum Gaditanum accersebant ut supra monuimus. Nunc quærimus tantum utrum Ægeum ex Ponto, an Pontus ex Ægeo existat.

Quod *Ægeum sit origo Ponti*, putant Dionysius, Mela, Macrobius, aliique apud Eustathium: Strabo autem inconstanter locutus est.

Quod *Pontus aquis sufficias Ægeo* antiquior opinio fuit, & verior: sic enim censuit Herodotus, & eam sequitur Petrus Gillius in suo Bosphoro, testis *αὐτόθεν*. Ratio est, quia leuiores ut paleæ & ligna ex Ponto defluunt in Propontidem. Quam causam dum refundit Macrobius 7. Saturn. cap. 12. in aquam fluminum supernatantem Euxino, & in Ægeum influentem, se profitetur imperitum Philosophiæ. Rectè ergo apud Scythas *Palus Maotis* dicitur *Temerinda* hoc est Plinio teste *Mater Ponti*. Et apud Eustathium *Μῆτρα τῆ Πόντου Νυρίη Ponti*.

§. 3. De Euxini quantitate.

Hoc est, quæ sit eius Longitudo, Latitudo, Ambitus, Profunditas.

Longitudo, Herodoto in Melpomene est vndecim millium, & centum Stadiorum: licet multa falsa auctor ille supponat nempe *μακρότατον* eius esse à ostio Phasis ad Bosphorum. Themistius

Qij

Euphrada ad sex millia contrahit. Strabo denique ei quinque millia duntaxat, aut paulò plura concedit. Reliquas opiniones vide apud Plinium.

Latitudo, penes Herodotum est trium millium, & trecentorum Stadiorum: distinguit Strabo, nam à Byzantio ad ostia Borysthenis tria millia, & octingenta Stadia assignat; versus ortum, quinque millia, aut aliquid amplius; quâ extensione viderur complecti Maotida.

Ambitus apud Polybium est 22. millium Stadiorum, Amm. Marcel. ex Eratosthene & aliis veteribus addit mille Stadia: Strabo Eratostheni duo insuper millia: fuit ergo aut 22. aut 23. aut 25. millium Stadiorum.

Profunditas eius secundùm antiquos parua; quare *Vadosum* ab Ammiano nominatur. Aristoteles & Polybius aliquando opplen- dum credidere; quod tamen negat Strabo lib. 1. Fuisse alicubi profundissimum ad locum *Balshea* dictum ex aduerso *Coraxa* gentis asserunt Philosophus 2. Meteor. Plinius lib. 2. cap. 102.

§. 4. De Euxini cum Ægeò coniunctione.

CREDIDERE veteres quidquid inter *Byzantium*, & *Thraciam Chersonesum*, iacet solidum aliàs extitisse: ita Strato quidam. Addit Diodorus lib. 5. labem primò ad *Cyaneas* erupisse, deinde ad *Hellepontum* peruasisse. Plinius lib. 6. cap. 1. *Inuitis hoc accidisse terris indicio sunt tot angustie, & tam parua natura repugnantis inter- ualla.* Sed hoc refutat Strabo lib. 1.

§. 5. An Euxinus concrescat.

NEGAVIT omninò mare concrefcere Macrobius: hoc tamen mare rigere hyeme dixere veteres. Ouidius hâc exul, quàm sæpè hoc cecinit. Marcellinus lib. 22. huius concretionis causam refundit in dulciores aquas, quas in eo mari agnoscunt Strabo, Plinius, Arrianus, & omnes antiqui. Riguisse autem negari non potest, maximè tempore Copronymi, quando glacies ex summo mari in profundum extitit ad 30. cubitos, & cum nix superincidisset, iterum ad viginti cubitos, eo modo vt maris æquor litori penè æquaretur.

§. 6. De Euxini Maris diuisione.

PARTEM Euxini Mæotida dixisse veteres, pluribus apud Stuchium leges. Reliquum in duas partes secernitur : quare de eo Strabo lib. 2. dixit hoc mare *τροποι πινά διθάλαττον* per duo Promontoria, *Cornu Arietis* in *Tauricâ Chersoneso*, & *Carambin* in *Asiâ Minori*, *leuâ*que appellari *Πέλαγος ἀπὸς ἐσπέραν*, *dextram* τὸ *Εὐόν*. Et quia minus excurrit *Carambis* quàm *Cornu Arietis*, ideò dicitur ab antiquis non malè repræsentare formam arcus Scythici; de quo vide Strabonem lib. 2.

CAPVT DECIMVM.

De Mari Caspio.

NOMEN habet à *Caspiis* populis, diciturque etiam ab *Hyr- canis Hyrcanum*. Non minùs fuisse quàm *Ponticum Clitar- chus* docet apud *Plinium* lib. 6. cap. 13. *Ptolemæi* positiones euincunt ampliùs esse. *Agrippa* apud *Plinium* in *longitudinem* ad ccccxc. millia passuum, in *latitudinem* ad ccxc. porrigit. De ambitu non audet statuere *Plinius*, & in numerum passuum, quem ex aliis affert, dubio procul error irrepsit.

§. 1. De naturâ Caspij Maris.

QUINQUE de naturâ huius maris Philosophi, & Geographi obseruant.

Primum : eius aquam dulcem esse : Ita *Plinius* lib. 6. cap. 17. qui citat eius rei testes *Alexandrum Magnum*, & *Varronem*. Idem quoque *Solinus* cap. 22. Ideòque dicebatur eius ὕδωρ ὑπεργλυκν.

Secundum : serpentes aluisse : sic *Polycletus* apud *Strabonem*. *Curtius* lib. 7. cap. 7. *Diodorus Sic.* lib. 17. qui addit illos ingentes esse.

Tertium : pisces colore à nostris differre : ita *Diodorus*, & *Curtius*.

Quartum : *Incœdus* esse belluosum, sic *Mela* lib. 3. cap. 5. *Belluis* magis quàm cætera refertum, ideòque minus nauigabile.

Q iij

Quintum, æstibus reciprocis concitari; quod vnus lib. 7. Curtius afferuit.

§. 2. *Vtrum hoc Mare sit à reliquis separatum.*

REFVTABIMVS superiùs eorum opinionem qui cum Scythico mari *Caspium* coniunxerunt, siue per *angustum fretum*, vt plerique veterum, siue per *occultum meatum*, vt Eustathius. Sed duobus aliis modis iunctum, aliis maribus Antiqui crediderunt.

Primus est connecti Oceano Septentrionali per Fluum *Ara-xum* meliùs fortè *Laxartum*: quia is fluuius, vtriusque maris nexus, alluere dicitur regionem Massagetarum, & duos habere fontes, quorum vnus influit in mare Septentrionale, alius in *Caspium*. Ita Strabo libro XI. Sed hoc falsum esse in Tartariâ videbitur.

Secundus modus connecti *Caspium* cum Euxino per Paludem Mæotidem. Meminit eius Curtius lib. 7. cap. 7. meminit & Strabo, & huius erroris causam refundit in ambitionem Macedonum Regi suo domitum orbem arrogare volentium. Certè eâ de re dubitasse Alexandrum ex Arriani 7. constat, vbi ait Regem destinasse Heraclidem quendam, qui de iis quæreret. De mendaciis Patroclion est quod hîc iterum conqueramur.

§. 3. *De diuisione Maris Caspij.*

IN quatuor partes distributum est; quarum ex veteribus elicio nomina Scythicum, Albanum, *Caspium*, Hyrcanum.

SCYTHICVM dicitur eius pars ab ostio *Rhymnici* Fl. Orientem versus ex Pomponio Melâ lib. 3. cap. 5. Sed meliùs ex Plinio lib. 6. cap. 13. extenditur ad Albaniam.

ALBANVM affunditur toti Albanix, vt ex disertis Plinij verbis eodem loci constat.

CASPIVM ex mente Melæ, & Plinij à *Cyro* fluuio limite Albanix, & Mediæ procedit Hyrcaniam versus, Plinius, à *Cyro Caspium mare incipit vocari.*

HYRCANVM denique occupabat partem respondentem *Rhymnici* fluminis ostiis, ad Orientis vltimum recessum. Sic intelliges quoad ait Mela; *Contra os ipsum in Hyrcanum*; videlicet ab limite Occidentali Hyrcanix, qui respondet *Rhymnici* fluuij ostio.

CAPVT XI.

De Diuisione Mediterranei maris iuxta recentiores.

QVOD Mediterraneum dicimus, si qua fides Marmolio, Arabes vocant *Bahar*, aut *Bohar-Rumi*, quæ voces *Mare Romanorum* sonant Nubiensis Geographus Mare Damascenum dixit. Turcis *Acdenizi*, quam vocem Græci indigenæ explicant *Aspra Thalassa*, *la Mer blanche*, sed quatenus opponitur Euxino Ponto, quem *Caradeniz* appellant, vt vertunt Græci *Maura Thalassa*, *la Mer noire*, vt ex Turcicis Leunclauij colligo.

Quomodo autem in præsentia diuidatur illud mare, nemo facile statuet, Scriptoribus & populis in varias opiniones distractis. Quibus omissis, quoniam in eâ parte audiendi peritiores eam reliquis præfero diuisionem quam mihi peritus Maris illius Naucleus suggestit; cui eò libentius acquiesco quod non procul video abhorreere, ab eâ partitione quæ in Francisci Sauarij D. de Breues legationibus inuenitur; videlicet in Leoninum, Tuscum, Venetum, Satalicum, Archipelagus, Maius, & Salacenum.

§. I. *De Sinu Leonino.*

LEONINVS Sinus, vulgò *le Golphe de Leon*, magis Latinè Lugdunensis, *de Lion*, sed communem nomenclaturam non audemus explodere. Complectitur autem totum hunc tractum Maris, qui à Fretto Gaditano de *Gibraltar*, extenditur ad Occidentalia Sardinia. Sicque loquuntur nautæ omnes oræ Fræcicæ & Hispanicæ. Fauent etiam ex Geographis Leander & Maginus, quorum hic *Golpho Leonino*, ille *Mar Leone* nuncuparunt mare quod Austrinam partem Italiae lauat.

Sed iterum in varia nomina dispescitur. Nam versus Africam ORA ALGERIANA nominatur *la coste d' Alger*, aliquando ORA BARBARIÆ *la coste de Barbarie*, parte pro toto vsurpatâ. Ad Europam à Fretto Herculeo de *Gibraltar* ad Prom. Crucis *le Cap de Creux*, vel de *Creo*, ORA HISPANICA *la coste d' Espagne*. Exinde ad Niceam Prouinciæ *Nice en Prouence*, MARE MASSILICVM, *la Mer de Marseille*, Hispanis, & Barbaris, *la coste de France*. Hoc tamen

MARE MEDITERRANEVM IVXTA RECENTIORES.

SINVS LEONINVS, forte Lugdunenſis, Golphe de Lion. { ORA ALGERIANA, la coſte d'Alger.
ORA HISPANICA, la coſte d'Eſpagne.
ORA MASSILICA la coſte de Marſeille, ou de France.
ORA GENVENſIS, la coſte de Genneſ.

MARE TVSCVM, la Mer de Toſcane. { ORA TVSCA, la coſte de Toſcane.
ORA ROMANA, la coſte de Rome.
ORA NEAPOLITANA, la coſte de Naples.
ORA TVNETANA, la coſte de Tunis, ou de Biſerte.

SINVS VENETVS, le Golphe de Veniſe. { ORA APVLA, la coſte de la Pouille.
ORA DALMATICA, ſeu Ragufina, de Dalmace, ou de Ra-
ORA ALBANICA, coſte d'Albanie. [guſe.
ORA MOREÆ, coſte de la Morée.
ORA SICVLA, coſte de la Sicile.
ORA TRIPOLITANA, coſte de Tripoli.

SINVS SATALI-CVS, le Golphe de Satalia. { ORA NATOLIÆ, coſte de Natolie.
ORA PALÆSTINÆ, coſte de la Terre Sainte, ou Paſſine.
ORA ÆGYPTIA, coſte d'Egypte.
ORA SYRIACA, coſte de Syrie.

ARCHIPELAGVS, l'Archipel, ou l'Archipelage. { ORA SMYRNENſIS, coſte de Smyrne.
ORA THESSALONICENſIS, coſte de Saloniqui.
ORA ROMANIÆ, coſte de Thrace, ou Romanie.
ORA NAVPLIACA, coſte de Napli.
HELLESPONTVS, le Bras de S. George.
PROPONTIS, la Mer de Marmora.

MARE MAIVS, la Mer Noire, ou Mer Maiour. { ORA BESSARABICA, coſte de Beſſarabie.
ORA RVSSORVM, ſeu Coſaquorum, coſte des Roux, ou Co-
ORA TAVRICA, la coſte de Caſſa. [ſaques.
ORA MINGRELIÆ, coſte de Mingrelie.
ORA TRAPEZONTINA, coſte de Trebizonde.
ORA ASIÆ, coſte d'Asie.

MARE CASPIVM, la Mer de Satala, ou de Bacu. { ORA TARTARICA, coſte de Tartarie.
ORA GEORCIANORVM, coſte des Georgiens.
ORA GVEYLANA, coſte de Gueylan.
ORA VSBEKI, coſte d'Vſbek.

men mare Massilicum alij restringunt, alij promouent. Restringunt, qui à Salsulis *Salses* ad ostium Rhodani Occidentalius Sinum Lugdunensem constituunt: promouent, qui eidem oram Genuensē contribuunt, *la coste de Gennes*, & in Etruriam vsque producunt. Ac proinde Leoninus Sinus respondebit Antiquo Sardo Eratosthenis, atque Polybij.

§. 2. De Mari Tusco.

TUSCVM mare nominatur quicquid à Sardinia Melitam *Malte* vsque porrigitur, & ab Italis *Mar de Tosco*, vel *de Toscana* dicitur, ab celeberrimâ regione quam alluit. Non meminit huius Maris Breuæus, sed ex eius variis dictis colligitur. Effunditur vsque ad Africam, seu Barbariam, ibique versus Occidentem ad Prom. Bonum vulgò *Bon*, dicitur ORA BISERTINA, & TUNETANA, *de Biserte*, & *de Tunis*. Exinde ORA TRIPOLITANA, *la coste de Tripoli*, ab vrbibus nominatissimis huic littori adiacentibus. Versus Italiam retinet commune nomen, nisi in Sinubus, *de Caiete*, *de Naples*, *de Salerne*, *de Polycastro*, *de sainte Euphemie*, de quibus in recente Italiâ.

§. 3. De Sinu Veneto.

SINVS VENETVS, *le Golphe de Venise*, totum hoc completitur, quod intercurrit, inter Melitam Inf. & Pro. S. Ioan. Baptistæ in Occidentibus Cretæ, longoque tractu in vrbem Tergesten infunditur. Non diffiteor tamen in Tabulis Magini accuratissimis hoc mare iterum tripliciter diuidi, & superiorem partem quæ terras subit versus Venerias dici, *Golpho di Veneriâ*, *le Golphe de Venise*, seu *Mare Adriatico*. cuius pars à Pro. S. *Maria de Lenca*, olim *Iapygia*, & Pro. *de Languetta*, olim *Acrocerauniorum* excursus, vocatur hodie, *la Bocca del Golpho*, *la Bouche du Golphe*: partem autem inferiorem dici, *Mare Gionio*, voce à veteri Ionio detortâ: reliquû denique versus Africam, *Mare Africo* nuncupari. Taceo hîc de orâ à môte Gargano ad os Sinus, quæ dicitur *Mare di Puglia*, ab Apulia cuius nomen iam intercidit in recenti diuisione, sicut & de Sinubus *de Larta* olim *Ambracio*, *de Patras* olim *Corinthiaco*, & aliis de quibus in Græciâ. Denique intelliges totum hoc mare in Tabulis quibusdam *Mare Græcum* appellari.

§. 4. De Sinu Satalico.

SATALICVS Sinus, seu ATTALICVS, Maris partem continet quæ infra Cretam, Syriam vsque & Ægyptum expanditur. Nomen habet ab vrbe celebri in Natolia *Satalia*, olim Attalia. Coticus in Itinere Hierosolymitano, hunc Sinum atque Venetum vno nomine constringere videtur: & obseruant aliqui hunc maris tractum tempestatibus atrocissimis aliàs fuisse obnoxium; sed deferbuisse huius tumores, & furias, ex quo in istud Mare clauum Christi proiecit S. Helena mater Constantini, cùm ex Palæstinâ, Cruce inuentâ, rediret.

Subdiuiditur autem in varias oras: nam secundùm Natoliam commune nomen retinet oræ *Satalica*. Supra Cyprum in intimo recessu *Golpho de Larazzo* olim Issicus. Exinde procedit ora *Syria* dicta, & *Damiatam* vsque porrigitur: deinceps ora *Ægyptia*, & *Barbarica* nuncupatur.

§. 5. De Archipelago.

ARCHIPELAGVS olim Ægeum mare incipit ab insulis *Cytherâ*, & *Cretâ*, *Cerigo* & *Candie*; aliqui extendunt tantùm ad Pro. Iannissarorum, *le Cap des Iannissaires*, alij meliùs Constantinopolim vsque promouent, aut vbi incipit Bosphorus Thracius, *le Canal de la Mer Noire*: quia exinde inchoantur maria, quæ Ottomanis *Alba* nominant, *les Mers Blanches*. Dicitur autem hoc Mare *Archipelagus*, cùm extincto magnâ ex parte Occidentali Imperio, maiestas Imperij tantùm in Græcia, & Asiâ Minore utcumque vigeret; itaque *Mare Imperij* nominabatur.

Hoc porrò mare in præsentia vnius tantùm nominis est: & quæ voces irrepserunt in Græciæ recentis Tabulam, à quibusdam sciolis præcusa sunt. Hi cùm viderent Icariam insulam dici hodie *Nicariam* ei supposuerunt *Mare di Nicaria*: sic etiam ineptiùs induxerunt *Mare di Mandria*, pro Myrtoo, quoniam inf. *Mandriam* absurdè Myrtoom Plinij credidere.

De *Freto Gallipoli*, seu *Brachio S. Georgij* olim Helleponto, *Mari de Marmora* olim Propontide, Alueo Maris Maioris, *le Canal de la Mer Noire* olim Bosphoro Thracio, aliàs in Græcia differetur.

§. 6. De Mari Maiori, seu Nigro.

MARE MAIUS Turcilinguâ patriâ dicunt *Caradinizi*, corruptè à quibusdam semigræcis *Caradenis*: Græci verò *Maura Thalassa*, quæ voces Turcicam expriment *Mare Nigrum*; vnde à Russis *Zorno-More*, à Teutonibus *Schuuatz* appellatur. Cur autem Turci dixerint hoc mare *Nigrum* dux redduntur in Historiâ Turcicâ rationes: *prima* quòd perpetuæ huic incumbunt nebulae, *altera* ob tempestates quibus in eo multæ hauriuntur naues.

Iam quod ad diuisionem eius attinet: quidquid Thraciæ obiicitur ORA ROMANIÆ dicitur, quidquid Asiæ Minori ORA NATOLIÆ, nisi versus Trapezuntem vbi nomen ex reliquiis imperij remansit littori TRAPEZVNTINO, *la coste de Trebizonde*. Sequitur ORA MINGRELIÆ secundum *Colchidem*. Hinc ad Bosphorum Cymmerium ORA SONSKÆ, *la coste de Sonska*. Quidquid à Meridie Tauricam Cherfonesum lauat dicitur ORA CAFFENSIS, *la coste de Caffa*, seu *de Precops*. Tum mare terras subiens vocatur, *le Golphe de Negropoli*. Ad ostia Borysthenis, vbi Cozaci inter arundineta viuunt, *la coste des Roux*. Reliquæ oræ *Podolia*, *Moldania*, *Bulgaria* à vicinis regionibus quibus affunduntur nomen habent.

MÆOTIS Palus hodie *Mer de Zabacken*, dicitur à pisce qui hîc statis anni temporibus capitur: iungitur mari Maiori per Bosphorum Cymmerium, *le Canal de Caffa*, seu *de Precops*, aliter *Boscea de S. Gioanni*, de quibus iterum in Minori Tartariâ.

§. 7. De Mari Salaceno seu de Sala.

MARE DE SALA aliter de BACCY, sic vocatur ab vrbi- bus, quarum hæc in *Mediâ*, seu *Seruan*, illa in *Tartariâ*, aliter *Salacinis*. A Russis dicitur *Gualentza More*, ab Armenis, *Mer de Giorgiam*, à Persis *Dario-Guelyani*, *Mer de Gueylan*, à Prouinciâ Persidis conterminâ *Seruianæ* ab Oriente, ab Arabibus *Curzum*, aut *Bohar-Corzum*, quod nomen habet commune cum Sinu Arabico. Varia eius nomina leges apud Texeram lib. I. vbi notat hyeme magnâ ex parte concrefcere. Veteres credebant eius Pisces nostris esse dissimiles, nunc agnoscit in eo M. Polus Salmones, & Acipenseris. Putabant quoque subdulce; Ioannes Perfa falsissi-

num, & amarissimum expertus est. Eius profunditas inæqualis est, nam in eius parte Occidentali post pedes 24. profunditatis arenam reperies; pars Orientalis altissima, vnde mare hoc efficitur bicolor, ex maiori vel minori profunditate. In longitudinem ad 800. millia passuum extenditur, latitudo vix 600. passuum millia implet, vt tradit in suis relationibus Ioannes Perfa, qui sibi comperta scripsit. Faceffant ergo qui ad nonaginta passuum millia hoc mare extendunt.

CAPVT XII.

De Oceano Hemisphaerium nostrum alluente.

PRIMAM, & antiquissimam Oceani nostri diuisionem retinere recētiore Geographi; apud quos iuxta mundi quatuor Cardines, Oceanus quadruplex, Orientalis *la mer du Leuant*, Occidentalis *la mer du Ponant*, Meridionalis *la mer Australe*, ou des *Indes*, & Septentrionalis *la Mer du Nort*.

§. I. *De Oceano Septentrionali.*

INCHOATVR à Promontorio Artabro, nunc finis terræ de *Fine Terre*, in Gallicia Regno Hispania, & porrigitur ad Fretum Aniani *le destroit d'Anian*. Itaque occurrit primum

ORA BISCALIAE Latinis *Cantabrica*, Baionam vsque, & in eo tractu ingentes Phocæ, & Cete grandia, quæ singulari sagacitate venantur Cantabri, & ex iis adipem quem vocant, *oleum*, per ignem eliciunt.

MARE AQUITANICVM *la mer de Guyenne*, ab vrbe Baionâ ad Insulam Vxantum *l'Isle d'Ouessent*, & in eo Nautæ quinque oras numerant, Vasconicam, seu Aquitanicam *la coste de Gascogne*, ou de *Guyenne*; Xantonicam de *Xaintonge*; Alniensem d' *Aulnis*, illustrem ob portum Rupellanum, & in quâ duo celebres meatus, primus inter insulam S. Martini *l'Isle de Ré*, & Vliarum *l'Isle d'Oleron*, quem Fretum Antiochense vocant *le pertuis d'Antioche*; secundus inter insulam S. Martini & continentem, quem Britannicum nominant *le pertuis Breton*. Post Alniensem oram sequitur Pictauiensis *la coste de Poitou*. Salinis optimis diues, sicut & Alniensis. Picta-

DE MARIBVS,
OCEANVS SEV MARE HEMISPHERII NOSTRI,
SECUNDVM NOVAM DIVISIONEM.

- MARE } ORA CANTABRICA, coste de Biscaye.
OR A A Q V I T A N I C A, coste de Guyenne.
MARE BRITANNICVM, la Manche, ou Mer Britannique.
OCEANVS GERMANICVS, la Mer Germanique.
MARE BALTICVM, la Mer Baltique.
- BOREA- } FRETVM S. GEORGII, le Canal saint Georges, ou de Farisi.
LE } DE V C A L E D O N I V S O C E A N V S, The Deucalidon.
DANO-NORVEGICVM, Myrmanskou.
PETZORICVM, de Petzorque, ou de Petzora.
- MARE TRANQVILLVM Niaren-more } FRETVM NASSOVICVM
de Nassau, ou Vvain-
gnatz.
MARE TARTARICVM, Mer de Tabin, ou des Tartares.
- MARE } MARE SINENSE, Mer de la Chine.
OR I E N T A L E, } ARCHIPELAGVS S. LAZARI, l'Archipel de saint Lazare.
du Levant. } ANCHIDOLIVM, Mer de l'Anchidol.
- MARE } ORA MALACENSIS, coste de Malaca.
OR A A C E N I C A, coste de Sumatra, ou d'Accen.
OR A C O R O M A N D E L I S, coste de Coromandel.
OR A M A L A B A R I C A, coste de Malabar.
- I N D I - } ARCHIPELAGVS MALDIVARVM, Archipel des Maldives.
C V M, } OR A P E R S I C A, coste de Perse, ou de Nibelus.
SINVS PERSICVS, Golphe d'Elcatif.
OR A A R A B I C A, coste d'Arabie.
- Mer des } MARE RVBRVM, la Mer Rouge, ou de la Mecque.
Indes. } OR A A B I S S I N O R V M, coste d'Abex.
OR A M E L I N D Æ, coste de Melinde.
OR A M O Z A M B I C I, coste du Mozambique.
OR A M O N O M O T A P Æ, coste de Monomotapa.
- MARE } OR A C A F F R O R V M, coste des Caffres.
OR A C O N G I E N S I S, coste de Congo.
OR A G V I N E Æ, coste de Guinée, ou des Mines d'or.
- O G C I - } OR A M A L A G V E T Æ, coste de Malaguet.
D V V M, } OR A S E N E C Æ, coste de Senega, ou du Cap verd.
OR A A R E N A R V M, coste des Arenes.
OR A A F R I C Æ, coste d'Afrique.
- La Mer } OR A M A R O C I, coste de Maroc.
du Ponant, } FRETVM GADITANVM, destroit de Gibraltar.
ou du } OR A A L G A R B I Æ, coste d'Algarue.
Couchant. } OR A P O R T V G A L L I Æ, coste de Portugal.
OR A G A L I C I Æ, coste de Galice.



uientem excipit Britannica *la coste de Bretagne*, quæ post Ligeris ostia Salinis distincta, deinde scopulis penè tota prætextitur, qui tamen deficiunt identidem, & portus atque stationes nauibus commodissimas aperiunt.

BRITANNICVM MARE ad Vxanto inf. *Ouessent* ad Fretum Gallicum *le pas de Calais*; Anglis dicitur hoc mare *The-Britishzee*, Gallis *la Manche*, Belgis *Canal*, hoc est *le Canal*: & versus Angliam vno nomine ora Anglica dicitur *la coste à Angleterre*, cuius in parte Orientali Moles Britannicæ *les Dunes d'Angleterre*; ad Galliam oræ Armorica, Neustrica, Picardica, *les costes de Bretagne, de Normandie, de Picardie*. Sequitur post Gallicum Fretum

OCEANVS GERMANICVS *la mer d'Alemagne, ou l'Ocean Germanic*, variis iterum nominibus distinctus. Nam Flandri Septentrionalem vocant *Nortzee*, Dani in Cymbricâ Chersoneso Occidentalem *Vestzee*: qui irrupit inter Flandriam & Zelandicas insulas *le Golphe de Dulaert*; quæ effunditur in vastum Sinum per Hollandiam *Zuyderzee*, seu Meridionalem. Iam verò variè à variis in Orientem & Boream promouetur; à quibusdam extenditur ad Fretum Sondicum *de Zond*; at ab aliis terminatur ad Pro. Schanuuium in extremâ Cymbricâ vulgò *Schauu-Reff*. In Boream excurrit ad Pro. Boreale *Nortkiin*, seu *Nort-Cap*, atque hinc in varias oras spargitur Noruegicam, Thulensem, Scoticam, & Anglicam, *les costes de Noruege, de Scheiland, à Escosse & à Angleterre*.

MARE BALTHICVM *la mer Baltique*, Flandris *Mar de Belt*, Russis *V varczkouie More*, latè terras subit ad instar ingentis sinus; & quamquam in eius aditu multæ insulæ, tamen omni ex parte imperium est, nisi in Sondico Freto *le destroit de Zond*, inter Elzenoram arcem Selandiæ, & Elzemburgum Sconia, in magnum commodum Daniæ Regis, qui idè gloriatur clauis huius maris penes se esse. Mare autem illud terras subiens iterum in duos Sinus diuiditur, Boddicum *le Golphe des Boddés*, incolis *Bortzee*, & Finnicum *le Golphe de Finnes*, indigenis *Finnichzee*. Sed iterum ad Britannicas insulas regrediamur, vbi aliquid prætermisimus.

MARE HIBERNICVM *la mer d'Irlande* Angliam, & Hiberniam interluit, & ad Sorlingas insulas promouetur, quas etiam continet: ab indigenis voce patriâ dicitur *le Canal de saint Georges*, aliter *Farisi*, ab Anglis *The-Irish-zee*, Vallenfi idiomate, seu Britannico *Mor-verridb*.

DEYCALEDONIVS Oceanus apud Anglos nomen retinet *Thé-Deucalidon*, & Borealem partem Hiberniæ, Occidentalem, & Septentrionalem Scotiæ lauat ad Islandiam vsque procurrens.

MARE DANO-NORVEGICVM, vulgò *Myrmanskou-More* linguâ Russicâ, vel *Mourmansko*, qua voce Russi Danos, & Noruegos appellant, porrigitur à Pro. Boreali ad Sinum Granduicum.

MARE PETZORICVM de *Petzorke*, à Petzorâ regione Moschouiticæ ditionis: cuius initium est prædictus Sinus Granduicus eiusque maris effusio Saxoni Grammatico *Bella mora* dicta, reliquis Europæis, *la mer Blanche*. Ab Oriente autem procurrit ad Fretum Nassouium, vel *Vegatium de Nassau*, ou de *Vvaignats*, inter Nouam Zemblam, & Tartariam.

MARE TRANQVILLVM, vulgò *Niaren More*, per quod Bataui explorant iter in Indiam Orientalem, & pertinet à Freto Nassouio ad Promont. *Tabin*. Retulere Batauis Tartari, glacie concretum esse magnam anni partem, vnde fortè ei nomen.

MARE TARTARICVM, seu TABINENSE, *la mer des Tartares*, ou de *Tabin*, ab Pro. in hoc mare excurrente, cuius meminit Plinius; nam de eo nihil certum inter recentiores: expectamus aliquid exploratum in dies à Batauis per illud ad Sinas iter molientibus.

§. 2. De Oceano Orientali.

IN tres partes diuiditur *Sinensem*, *Archipelagus*, & *Anchidolium* mare.

SINENSIS Oceanus ad Aniani Fretum extenditur versus Septentrionem: quomodo autem, & vbi commisceatur cum Oceano Tartarico nondum liquet. Cum Mari Pacifico iungitur ad gradum lóitudinis 180. Quidam cum Eoo perperam eum confuderunt. At nunc certò diuiditur in tres oras *Tartaricam* de qua nihil certi: Nanquinesem vulgò *Lenfèade de Nanquin*, à Freto inter Coream insulam, & continentem intercurrente, ad Pro. *Liampo*, aut *Sombor*. Dicitur autem *Lenfèade*, hoc est Sinus, quia *Corea* olim Península credebatur, & errore detecto, ex errore inditum nomen perdurat. Denique hic Oceanus continet oram Cantonensem *la coste de Cantaon* à *Liampo* Pro. ad ostia Fl. Cantonis.

ARCHIPELAGVS S. LAZARI sic dicitur ob sparsas in eo insulas. Producitur autem ad Fretum *Sincapuram*, itémque ad *Iauam Maiorem*, & *Nouam Guineam*, & cum mari Pacifico connectitur: in eo sitæ sunt Philippinæ, & Molucæ. Versus Indiam triplicem oram alluit *Patsuensem* à Fretto Sincapurâ ad ostia Fl. Meuanij, *Sionensem*, vel *Siamensem* vsque ad Cambodiam, & *Cauchinchinensem*, hinc ad ostia Fl. Cantonis.

ANCHIDOLIVM MARE à *Iaua minore*, & Fretto *Sundano*, ad Australem parum cognitam porrigitur, & cum Pacifico ad gradum 180. connectitur.

§. 3. De Mari Australi, seu Indico.

PRODUCITVR hoc mare à Sumatræ parte Orientali ad Pro. Bonæ Spei: quamquam aliqui nomen Indici non promoueant ultra Pro. de *Guardafu*, sicque Oceanum Australem diuidant in Æthiopicum Orientalem & Indicum. Sed huic diuisioni repugnant Indicæ historiæ, & nauigationum aliquot Diaria, in quibus scopuli inter Africam & insulam *Madagascar* famosi, in Indico mari collocantur. Numerantur autem in Oceano Indico sequentes Oræ.

MALACENSIS *la coste de Malaca* à Fretto Sincapurâ ad ostia Gangis, seu Bengalam urbem. Aliqui tamen hic duas oras numerant *Peguanam*, & *Malacensem* à regionibus quibus hoc mare prætenditur.

ORA SUMATRÆ pars maris, quæ inferiorem huius insulæ partem lauat, nam superiorem alluit Malacensis.

ORA COROMANDELIS, seu MELIAPVRIS *la coste de Meliapor, ou de S. Thomas*, extenditur ab vrbe Bengala ad Pro. Commorinum *le Cap de Commorin*. Tamen in Historiis nostris quidquid interfuit inter Ceilanum insulam, & regnum Narsingæ
ORA PISCARIA dicitur *la coste de la Pescherie*, vbi nobilissimi Orientis vniones ab vrinatoribus indigenis capiuntur.

ORA MALABARICA *la coste des Malabares*, à Commorino Pro. ad ostia Fl. Indi, vbi Sinus Cambaix vulgò *Lenfede de Cambaia*. Haud procul à Commorino mille & ampliùs insulæ faciunt *Archipelagus* Maldiuarum.

ORA PERSICA *la coste de Perse*, ab Indo Fl. ad urbem *Goadel*

appellatur; alij extendunt ad Pro. *Raz-Algas*, eique Persicum Sinum includunt. Hæc ora vadosa imprimis, & vix aditur à Nautis nisi eos vigeat aquarum penuria.

SINUS PERSICVS, vulgò *le Golphe d'Elcatif*, quæ prouincia est in Arabia Felice; aliter *le Golphe de Messendin*; Beniamino viatori *Hodu*; Geographo Nubiensi *Mare viride*. In duas partes à quibusdam diuiditur; & prima pars dicitur Armuzianus Sinus *le Golphe d'Ormus* ab vrbe *Goadel*, & prom. *Corano* vulgò *Raz-Algas*, seu *Raz-Algate*. Reliquum seu pars interior recessus vocatur Sinus Bazoranus vel Balseranus ab vrbe *Baçora*, seu *Balsera* in ostio Tygridis Fl. quamquam & aliqui totum hunc tractum ad Armuzam vsque nominent Fretum *de Balsera*.

ORA ARABICA *la coste d'Arabie*, à Prom. *Raz-Algas* ad Fretum *Babel-mandel*. Quædam tamen Tabulæ Hydrographicæ nomen immutari innuunt circa Prom. *de Guardafu*, & oram Arabicam *Adenensem* dici volunt, Æthiopicam *Zeilanam*, ab vrbibus in vtroquelittore fixis. Alij totum hunc tractum *Babelmandelum* Fretum dici malunt.

SINUS ARABICVS, vulgò *la Mer Rouge* retento nomine totius; Turcis *la Mer de la Mecque*, ab vrbe illustri natalibus Pseudo-prophetæ sui. Arabes vocant *Bahar-Corzum*, aut simpliciter *Curzum*, quæ vox iis *Clansum* sonat.

ORA MELINDÆ *la coste de Melinde*, extenditur à Pro. *Guardafu*, ad Fl. *Quiloæ* ostia: habetque nomen ab illustri vrbe littori affixa.

ORA MOSAMBICI *la coste de Mosambique*, porrigitur à Fl. *Quiloa* ad Pro. *Corientum le Cap de Corientes*. In eo tractu assurgunt scopuli naufragiis Lusitanorum infames. Vulgò tamen hoc littus in tres oras subdiuiditur, quarum Orientalis *Quiloana de Quiloa*; Occidentalis *Soffalana de Soffala*; media *Mosambica du Mosambique* vbi insula quæ huic oræ nomen dedit statio Lusitanorum celeberrima.

ORA MONOMOTAPÆ, *la coste de Monomotapa*, sic dicitur à celebri Regno *Caffrorum*, & à Pro. *Corientum* ad *Caput Bonæ Spei* pertinet.

§. 4. De Oceano Occidentali.

PROTENDITVR à Pro. *Bonæ Spei* ad *Borealia Hiberniæ*

S ij

Gallis *la Mer du Ponant*, aliter *la grande Mer*, ad caput vsque palmarum OCEANVS ÆTHIOPICVS OCCIDENTALIS nominatur, in quo tres sequentes oræ.

ORA CAFFRORVM *la coste de Caffres*, dicitur à populis Africæ stupidis iuxta, ac crudelibus: cuius limites Promontoria *Bona Spei*, & Nigrum vulgò *Cabo Negro*. Neque te turbet quod in recentibus Tabulis ora Caffrorum etiam versus Mosambicum extendatur, sic enim Lusitani milites, non Nautæ loquuntur.

ORA CONGIENSIS *la coste de Congo, ou d'Angola*, porrigitur à Pro. Nigro ad Pro. Lupi Gonsalui *Cabo Lopo Gonsaluo*.

ORA METALLICÆ AVREÆ *la coste des Mines d'or*, quia hinc ante aliquot annos multum auri effodiebatur, ducitur à Pro. Gonsalui ad caput Palmarum. Dicitur aliter & ORA GVINEÆ, sed parte sumptâ pro toto.

Hic autem finitur OCEANVS ÆTHIOPICVS, & incipit MEGARIBIVS, vulgò *la Mer de Magarib, seu Magareb*, & extenditur ad Promontorium Non, seu maximè Borealem Canariarum insularum, & quatuor sequentes oras complectitur.

ORA MALAGVETÆ *la coste de Malaguet*, quæ provincia Guinæ est, continetque quidquid iacet inter Promontoria *Palmarum*, & *Leænæ* vulgò *Sierra Leana*.

ORA SENEGÆ *la coste de Senega* à Fl. nobilissimo, vnde & regno nomen. Ducitur hæc à Promontorio *Leana* ad Pro. viride, *le Cap Verd*.

ORA ARENARVM *la coste des Arenes*, sic dicta quòd *Arenis* candescat, & producitur à Pro. *Viridi*, ad Pro. *Album*.

ORA AFRICÆ *la coste d'Afrique*, nomine proprio caret, quoniam planè importuosa, & continet litrus inter Pro. *Album* & *Non*, seu *Nao*.

Atque hic clauditur OCEANVS MAGARIBIVS, incipitque celeberrimus Sinus apud Lusitanos, quem EQVARVM vocant, voce patriâ de las Equas; quoniam armenta Equorum, quæ ad Maderam & Canarias deducebantur, hic frequenti naufragio hausta sunt; & distinguitur ille Sinus in oram Barbaricam, & Sinum Gaditanum.

ORA BARBARICA *la coste de Barbarie*, protenditur à Pro. *Naois Non*: ad Pro. *Cantini le Cap Cantin*, in Regno Maroci.

SINVS GADITANVS *la Baye de Cadiz*, complectitur id omne quod inter Promontoria *Cantini*, & *S. Vincentij* interiaccet. Audio

tamen à nostratibus Naucleris oram Barbariæ protensam à Pro. Spartello *le Cap d'Espartel*, ad os Freti, ORAM MAROCI nominari *la coste de Maroc*, cui affigunt Salam urbem.

Sequitur à Pro. S. Vincentij, ad Prom. Finis Terræ in Galiciâ MARE PORTUGALLIÆ, quod tamen in tres oras dispescitur, ad tria regna quibus prætenditur.

ORA ALGARBIÆ *la coste d'Algarue* à Pro. S. Vincentij ad Fl. *Miram*, quæ tota importuosa, & parum tuta.

ORA LVSITANA *la coste de Portugal* à Fl. *Mira* ad *Durium*, tota satis commoda, & piscibus scatens.

ORA GALICIÆ *la coste de Galice*, à Fl. *Durio* ad Prom. Finis Terræ, parum secura.

Quidquid ulterius in Boream porrigitur nomen commune retinet, & ad Hiberniam ab Anglis dicitur *The-Vest-Zée*, quæ voces Oceanum Occidentalem sonant. Tamen *Giraldus Cambrensis* in *Topographiâ suâ* prætendit Occidentali littori Hiberniæ mare *Connachticum* à *Connachtia* regione, *la Mer de Connaught*. Quod infra defluit versus *Braziliam* expedietur cap. sequenti.

CAPVT XIII.

De Oceano Hemisphærium aliud, seu nouum Orbem alluente.

IN hoc Hemisphærio Geographi peritiores triplex mare reperiunt *Boreale*, *Occidentale*, *Pacificum*, cuius partem *Æquatori* suppositam *Austrinum* mare nuncupant. In plerisque Tabulis duo tantum appinguntur *Del-Nort*, & *Del-Zur*, & hoc toti Occidentali parti affunditur perperam. Quis enim mare ad *Californiam* vocet *Australe*, vt ad *Braziliam* *Boreale*. Satius est igitur totum illud Mare quod *Americæ* Occidentalem partem lauat *Pacificum* dicere, & eius partem statim ab *Æquinoctiali* *Austrinum* nuncupare, nomine generis in parte Boreali retento.

§. 1. *De Mari Pacifico.*

EXORDIMVR ab Occidentali plagâ huius Noui Orbis cuius pars in Septentrionem vergens planè incognita; nam hætenus ab Anglis nobis illud est, hîc Oras & Regna, & naturæ portenta

fingentibus. Quare in recentibus Tabulis, quidquid supra Californiam est, expunctum fuit. Dicitur autem *Pacificum*, quia in eo *Malacia* importunæ, & crudeles contingunt; & continet sequentes oras quas ex accuratâ Nautæ Cantabri Mappâ Hydrographicâ collegimus.

ORA CALIFORNIAE dicitur quidquid huic insulæ prætenditur inter Promontoria *Mondocinum*, & *Sancti Lucae*. Superior autem huius insulæ pars irrigatur Mari quod *Rubrum* nominant vulgò *VERMEIO*, & olim credebatur *Sinus*. Pars item eius Maris Rubri inferior appellatur ora *Piscaria la coste des Perles*, quoniam ad eam exquisitissimi vniones capiuntur.

ORA MERIDIONALIS NOVAE HISPANIAE, seu vt alij loquuntur *MEXICI la coste Meridionale du Mexic*, ou de la nouvelle Espagne, protenditur ab ore maris Rubri, seu Pro. *S. Lucae*, *Panamam* vsque. Neque inde concludes, hoc mare dici posse Austrinum *Delzur*; alio enim modo de toto, alio de parte loquendum est, ait Strabo.

ORA SANCTI MICHAELIS *la coste de S. Michel*, sic dicitur à Sinu cognomine: Item &

ORA POPAYANA *coste de Popayan* à prouincia vicina: eius limites sunt *Panama*, & Pro. *S. Francisci*.

§. 2. De Mari Australi, vulgò DELZVR parte Pacifici.

EXTENDITVR à Pro. *S. Francisci*, vel ab *Aequatore* ad *Freta*; alluitque multas insulas à *Batauis* detectas. Connectitur cum Oceano Orientali ad Gradum 180. & in eo sequentes Orae numerantur.

ORA PERUVIAE, seu PERVANA *la coste du Peru*, aliter *du Perou*, à Pro. *S. Francisci* ad portum seu Fl. *Copaypum* porrigitur.

ORA CHILENSIS *la coste de Chilé*, sumitur à prædicti Fluij ostio ad Pro. *Victoriae*, vbi Fauces Occidentales Freti inchoantur.

MAGELLANICVM FRETVM *le Destrict de Magellan*, sic dictum à *Ferdinando Magellano* anno Christi 1520. cuius initium Orientale dixit Prom. 11000. *virginum*; quia die *S. Vrsulae* sacro eò appulit: diuque colluctatus tandem euasit ad Fauces Occidentales vbi Pro. *Victoriae* inuenit. Multo autem tempore hoc Fretum ab Hispanis clausum est arcibus in utroque littore defixis, ex quibus *Batauorum*, & *Anglorum* naues tormentis bellicis impetebant, quare *Bataui* moræ, periculi que pertaxi

FRETUM MÆRÆVM diu quæsitum inuenerunt, anno Christi 1616. sic dictum ab expeditionis duce *Iacobo*, vel *Isaaco le Maire*, cuius angustiis Occidentalibus duo sunt imposita nomina, versus Magellanicum Fretum Mauritij Ins. *Mauritzland*, versus polum Antarcticum *Stratenland*, hoc est, *le pays des Estats*. Orientales angustias vt potè nimis patentes nondum detexerunt, tantùm hîc nominauere Pro. Desideratum, *le Cap desiré*, vel vt loquuntur *Desirado*, vt Hispani *Descado*.

§. 3. De Mari Occidentali.

DERIVATVR in oram Americæ Oceanus qui nostrum orbem alluit versus Occidentem, ad quem perperam nonnulli vocem *Del-Nord* extendunt. Oceanum Æthiopicum quidam appellant, & verò videtur esse eius excursio, & appendix: in eo prima post Fretum occurrit

ORA PATAGONVM *la coste des Patagons*, à Patagonibus populis proceræ admodum staturæ, eaque extenditur à Pro. 11000. *Virginum* ad ostium Fl. Argentei vulgò *de la Plata*.

ORA TOPINAMBULTIA, vel GVARANIARVM *la coste des Toupinamboultz*, aliter *des Guaranies*, à populis, aut Regionibus sic dicta; & dilatatur à prædicto Fl. ad Pro. *Frium*, *Cabo Frio*.

ORA BRASILICA *la coste du Brasil*, vel meliùs *du Bresil*, à Pro. *Frio* ad Fl. *Amazonum* porrigitur: & per Pro. *S. Augustini* iterum in *Orientalem*, & *Borealem* diuiditur, quarum situs satis indicat Tabula.

§. 4. De Mari Boreali vulgò DEL-NORD.

AB Æquinoctiali, in Septentrionem vsque porrigitur, & in eo sequentes Oræ sic disponuntur.

ORA CARIBANA, seu CARIBVM, vel GVIANÆ *la coste des Caribes*, ou *de Guiana*, à populis crudelissimis nomen accepit, & extenditur à Fl. *Amazonum*, ad Fl. *Pariam* vulgò *Tuiapari*, aliter *Ouurinaque*.

ORA CVMANA protenditur à Fl. *Pariâ*, ad Sinum *Venezuela*, unde à quibusdam ORA VENEZVELÆ dicitur, quæ à Germanis olim colebatur.

ORA

OCEANVS SEV MARE ANTIPODV M NOSTRORVM,
L'OCEAN, OV LA MER DE L'AVTRE MONDE.

MARE PA-
CIFICVM, } ORA CALIFORNIAE, coste de Californi.
la Mer Paci- } MARE PURPUREVM, la mer vermeille *Vermeio.*
fique. } ORA NOVAE HISPANIAE, coste de la Nouvelle
 } Espagne, *ou du Mexic.*
 } ORA S. MICHAELIS, coste de S. Michel.

MARE AV-
STRINVM, } ORA PERUVIAE, coste du Perou.
Mer du sud } ORA CHILENSIS, coste de Chilé.
aut Delzur, } FRETVM MAGELLANICVM, destroit de Ma-
pars Pacifici. } gellan.
 } FRETVM MERAEVM, destroit du Maire.

OCEANVS } ORA PATAGONVM, coste des Patagons.
OCCIDEN } ORA GVARANIARVM, coste des Guaranies.
TALIS. } ORA BRASILICA, coste du Brasil.

MARE } ORA CARIBVM, coste des Caribes, ou Canibales.
BO- } ORA VENEZVELAE, coste de Venezuela.
RE A- } ORA CASTILIAE AVREAE, coste de la Castille d'or.
LE, } ORA NICARACVAE, coste de Nicaragua.
la Mer } ORA HONDVRAE, coste d'Hondura.
du Nord, } ORA BOREALIS MEXICANA, *du Mexic.*
ou Del- } ORA FLORIDAE, coste de la Floride.
Nord. } ORA APALCHENA, coste d'Apalchen.
 } ORA VIRGINIAE, coste de la Virginie.
 } ORA NOVAE FRANCIAE, seu ora Canadensis, *de Canada.*
 } ORA TERRAE NOVAE, coste de Terre Neuve.
 } ORA CORREALIS, coste de Correal.

MARIA AB } FRE- } DAVISII, de Davis.
ANGLIS } TA } HUDSONII, de Hudson.
LVSTRATA, } } FORBICHERII, de Forbicher, ou *For-*
Mers descouvertes } SI- } BAFFINII, de Baffins.
par les Anglais. } NVS. } IAMETZII, de Iametz.
 } } BUTTONII, de Buttons.



ORA CASTILIÆ AVREÆ, *la coste de la Castille d'or*, à prædicto Sinu ad urbem Nominis Dei, vulgò *Nombre de Dios*. Sed iterum hæc ora diuiditur in quibusdam Tabulis Hydrographicis in *oram Sanctæ Marthæ* quæ Orientalior est, & *Carthagenæ* Occidentalem, à duabus Præfecturis sic dictas.

ORA NICARAGVÆ, *la coste de Nicaragua*, desumitur ab urbe Nominis Dei ad Prom. *Θεσσαλονικος*, seu *Gratiarum Dei*, & à provinciâ Nouæ Hispaniæ nomen habet.

ORA HONDVRANA, *la coste d'Hondura* à Prom. *Gratiarum* ad Prom. *Lotochium de Lotoche*.

ORA MEXICANA BOREALIS, seu NOVÆ HISPANIÆ, *la coste Septentrionale du Mexic*, à supradicto Pro. ad Sinum S. Spiritus, *la Baye du S. Esprit*.

ORA FLORIDÆ, *la coste de la Floride*, ab eodem Sinu ad Pro. *Floridæ* cognomine. Quare Mexicanus Sinus celeberrimus, ex duabus suprapositis oris efformatur, & Promontoriis *Lotochio* & *Floridæ* restringitur.

ORA APALCHENA, *la coste d'Apalchen* à Prom. *Floridæ*, ad Prom. *S. Romani*. A quibusdam cum sequenti confunditur; quia putant *Apalchen* partem esse *Virginie*, de quo aliàs statuetur.

ORA VIRGINIÆ, *la coste de la Virginie*, ab Anglorum veteri provincia: protenditur à Prom. *S. Romani* ad Sinum *Chesapeacum*, *le Golphe de Chesapeak*.

ORA NOVÆ FRANCIÆ, aliter CANADENSIS & ACADICA, *la coste de la Nouvelle France, ou de Canada, ou de l'Acadie*, à Sinu suprâ memorato ad Pro. *Britonis*, *le Cap Breton*, ante aliquot annos dicebatur: In præsentia verò tres oræ in hoc Sinu numerantur *Acadica*, *Belgica*, *Anglica*, ex quo Gallorum incuriâ *Britanni*, & *Bataui* in has oras irrepserunt.

ORA TERRÆ NOVÆ, *la coste des Terres Neues*, sic dicta ab ingenti insulâ *Fluuij Canadæ*, vel *S. Laurentij* ostiis prætentâ: cuius extrema sunt Prom. *Britonis*, & excursus *Americæ* quem *Galli* ex figurâ vocant *Brestium*, *Brest*.

ORA CORTEREALIS, *la coste de Correal*, ab ostio *Fl. S. Laurentij*, seu *Brestio* ad insulas *Buttonicas*, ad quas *Fretum Hudsonis* restringitur: quam *Angli* iam *Oram Nouæ Britannie* nominant, ex quo elutas provincias *Fretis* quæ detexerunt de nomine patriæ suæ nuncupauerunt.

§. 5. De Fretis Borealibus per Anglos nuper detectis.

ANGLI dum iter ad Sinas inuestigant per Borealem partem Hemisphærij noui, varia detexere freta, variósq; Sinus. Inter Argonautas illos minus felix fuit Martinus de *Forbisher*, quem nos Galli de *Forbicher* dicimus: Is Sinum exiguum in Meta incognita (siue ea sit pars Groenlandiæ, siue non) detexit, quem putabat esse Fretum, & re infectâ redire coactus est nullo alio operæ precio, nisi quod huic nomen suum dedit *le destroit de FORBICHER*.

Felicior fuit *Dauisius* quidam; grandius enim inuenit Fretum in Tabulis, vulgò *le destroit de DAVIS*, anno Christi 1585. & obstinatè duobus annis sequentibus eius exitum attingere contendit, verùm maiori labore, quàm vt in eo diutiùs perdurare posset.

Dauisij cœptis postea institit *Baffinius* quidam Nauarchus, vnde Sinui nomen *la Baye de BASSINS*, quem à Freto *Dauisij* dilatari comperit. Sed re tum desperatâ sub finem sæculi præcedentis *Hudsonius* eorum cœptis institit: & quoniam *Dauisius*, & *Baffinius* peccare visi erant, quod nimis in Septentrionem nauigationes suas direxissent, ille contrâ in Meridiem cursum suum inflexit, primûsq; nauigauit in Freto, quod de suo nomine *HUDSON* appellauit; in quo cùm hyemasset, multis difficultatibus, & ærumnis vani nominis gloriam redemit.

Postea anno Domini 1631. *Iamesius* Nauarchus quidam, & dux *Thomas Iacobus* Anglus Sinum *JAMES* detexere cum insulis aliquot. In quem Sinum progressus postmodum *Thomas Burtonius* portum inuenit percommodum quem *Nelson* dixit, & recessum eius Sinus maximè Occidentalem de suo nomine notauit in Tabulis vulgò *la Baye de BURTONS*. Sperabat idem *Thomas* illac certissimum ad Sinas iter, ex Freti reciproci naturâ, sed demum naturæ miraculis contentus quæ in eo mari deprehenderat, Britannicam explorationem absoluit relictis oræ Australi, & Boreali *Noue Valliæ Meridionalis & Septentrionalis* nominibus.

Et de Maribus hætenus, quorum diuisione accuratâ primam hanc operis nostri partem claudere voluimus, vt postmodum ad Terrarum diuisionem magis paratum afferret animum Geographiæ candidatus.